4.18.39 / B

A. XV

Ser

21.b 4852

QVINTI SERENI SAMONICI
DE
MEDICINA
PRAECEPTA SALVBERRIMA.

TEXTVM RECENSVIT, LECTIONIS VARIETATEM, NOTAS INTERPRETVM SELECTIORES SVASQVE

ADIECIT

IOANNES CHRISTIANVS GOTTLIEB ACKERMANN

MEDIC. DOCTOR, PHYS. ZEVLENRODAN. ET PROVINC. BVRGENSIS, ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSORVM COLLEGA.

LIPSIAE,

IN BIBLIOPOLIO I. G. MVLLERIANO.

MDCCLXXXVI.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

ILLVSTRISSIMO VIRO

ANTONIO L. B. DE STOERCK

AVGVSTISS. IMPERATOR. A CONSIL. AVLIC.

ARCHIATROR. COMITI

S T V D. M E D I C.

ATQVE

INCLIT. FACVLT. MEDIC. VINDOBONENS.

PRAESID. AC DIRECTORI PERPETVO

PER

VNIVERSAS AVSTRIAE PROVINCIAS

PROTOMEDICO, NOSOCOMII PAZMANNIANI

PHYSICO, caet.

Q. SERENVM SAMONICVM

S E Q V E D I C A T

IO. CHR. GOTTL. ACKERMANN.

VIR ILLVSTRISSIME,

QVINTVM SERENVM SAMONICVM meum quod nomine TVO Illuſtriſſimo ornauerim, duplici potiſſimum ex cauſſa factum eſt: partim, vt SERENVS tanto nomine, in omni medicina maximo, munitus audacior in orbem literarium prodeat, partim, vt ipſe, deſtitutus aliis, viro de vniuerſa medicina tam

praeclare promerenti dignis, exiguos hos labores meque totum TIBI conſecrem.

Serena itaque fronte SERENVM accipe, PATRONE, meque, qui operam in eo edendo qualemcunque inſumſi, ſummo TVO patrocinio haud dedignere. Vale.

BENE-

BENEVOLO
ATQVE
AEQVO LECTORI
S. D.
IO. CHR. GOTTL. ACKERMANN.

Qvinti Sereni Samonici carmen de medicina, aut potius de medicinis ad varios morbos comparatu facilibus, editurus, de vita auctoris eiusque, quod nobis ſupereſt, carmine, variis illius codicibus manuſcriptis, editionibus, iisque, quae in noua hac editione adornanda fuerint praeſtita, quibus commodis auxiliisque ad eam vſus ſim, praemonenda quaedam ſunt.

De carminis vero auctore docti viri eam in primis ob cauſſam admodum diſſentiunt, quod antiqui ſcriptores, quibus in his rebus fides habenda eſt, ſi de Sereno Samonico loquantur et operibus ab ipſo editis, carminis huius nullam mentionem faciant, quod duo Sereni commemorentur, pater et filius, alter a Caracalla occiſus, alter vero Alexandro Severo notus et dilectus, vt alios non memorem, Serenvm Lyricum, a Servio a) lauda-

a) Comm. in Aeneid. IV, 291. IX, 762. XII, 923.

laudatum, et a SERENO SAMONICO, qui pariter a SERVIO citatur [b]), MORGAGNIO [c]) notante, diſtinctum, SEPTIMIVM SERENVM, qui, NONIO [d]) teſte, ruralia aliaque opuſcula conſcripſit, AVLVM SERENVM, eundem, notante MORGAGNIO [e]), cum SEPTIMIO SERENO, forte SEPTIMIO AFRO.

His autem, quos vltimo loco memoraui, SERENIS carmen de medicina veterum nullus quum adſcribat, docti viri in eo omnes quidem conueniunt, id aut a patre aut a filio SERENO profectum eſſe, longe plures tamen patri adſcribunt, filio quidam vindicant. A patre conſcriptum eſſe omnes putant, qui ante MORGAGNIVM SERENO operam dedere, HENRICVS STEPHANVS [f]), PETRVS CRINITVS [g]), THOMAS BARTHOLINVS [h]), ROBERTVS KEVCHENIVS [i]), aliique plures. Iique his potiſſimum argumentis vtuntur, quod pater SERENVS, SPARTIANO notante, CARACALLAE iuſſu inter coenandum occiſus, *plurimorum librorum ad doctrinam extantium* auctor fuerit, quod libri, qui a veteribus SERENO tribuuntur, omnes a patre profecti ſint, libri

b) in Georg. I, 30. 102. 103.
c) Epiſt. in Seren. Samon. I. pag. 269. ſeqq. Vſus ſum editione Patauina ann. 1750.
d) de propriet. Sermon.
e) Epiſt. in Seren. I. p. 272.
f) Art. medic. princip. p. 415.
g) de poet. latin. c. 78.
h) de medicis poetis. p. 120.
i) in Prolegom. in Q. Seren. editioni eius praefixis, ex quibus argumenta, quibus carmen a SERENO patre profectum eſſe adſeritur, inprimis hauſi.

libri ſcilicet ad ANTONINVM CARACALLAM, quorum SPARTIANVS k) meminit his verbis: SERENI SAMONICI *libros familiariſſimos habuit, quos ille ad* ANTONINVM *ſcripſit*, quod idem ille SERENVS pater *reconditarum rerum* libros ſcripſerit a MACROBIO l) laudatos, in quorum quinto carmen ex FVRII vetuſtiſſimo libro excerptum legitur, quo Dii euocantur, dum oppugnatione ciuitas cingitur, a MACROBIO ſeruatum, quod denique SERENVS pater in reconditarum rerum libris ſuis de rebus naturalibus plurima dixerit; de piſce accipenſere, quod fragmentum MACROBIVS m) allegat, de conuiuiorum luxuria, caet. Quae fragmenta, quum ingenium auctoris et ſcribendi modum quodam modo prodant, et aliquid forte ad carmen vero auctori ſuo vindicandum faciant, adponere lubet:

Temporibus SEVERI *principis*, inquit MACROBIVS n), *qui oſtentabat duritiem morum*, SAMONICVS SERENVS, *vir ſeculo ſuo doctus, quum ad principem ſuum ſcriberet faceretque de hoc piſce* (accipenſere) *ſermonem, verba* PLINII, *quae ſuperius poſui, praemiſit et ita ſubiecit:* PLINIVS, *vt ſcitis, adusque* TRAIANI *imperatoris venit aetatem, nec dubium eſt, quod ait, nullo honore temporibus ſuis hunc piſcem fuiſſe, verum ab eo*

k) in *Geta*.
l) Saturn. III, 9.
m) Saturn. III, 16.
n) *Macrob*. l. c.

eo dici: apud antiquos autem in pretio fuiſſe ego teſtimoniis palam faciam; vel eo magis, quod gratiam eius video ad epulas quaſi poſtliminio rediiſſe. Quippe qui dignatione veſtra cum interſum conuiuio ſacro, animaduertam, hunc piſcem a coronatis miniſtris cum tibicine inferri. Sed quod ait Plinivs *de accipenſeris ſquamis, id verum eſſe, maximus rerum naturalium indagator,* Nigidivs Figvlvs, *oſtendit, in cuius libro de animalibus quarto ita poſitum eſt: Cur alii piſces ſquama ſecunda, accipenſer aduerſa ſit. Haec* Samonicvs.

Alterum fragmentum Macrobivs pariter citat [o]). *Poſt annum vigeſimum ſecundum legis Orchiae Fannia lex lata eſt, anno poſt Romam conditam, ſecundum* Gellii *opinionem, quingenteſimo octuageſimo octauo, de hac lege* Samonicvs Serenvs *ita refert: Lex Fannia Auguſti ingenti omnium ordinum conſenſu peruenit ad populum. Neque enim praetores aut tribuni, vt pleraſque alias, ſed ex omni bonorum conſilio et ſententia ipſi conſules pertulerunt, cum respublica, ex luxuria conuiuiorum, maiora, quam credi poteſt, detrimenta pateretur. Siquidem eo res redierat, vt gula illecti plerique ingenui pueri pudicitiam et libertatem ſuam venditarent: plerique ex plebe Romana vino madidi in comitium venirent, et ebrii de rei publicae ſalute conſulerent. Haec* Samonicvs.

Quibus

o) III, 17.

Quibus argumentis omnibus KEVCHENIVS, qui in iis enarrandis plurimam operam inſumſit, carmen de medicina a patre SERENO profectum ſpecioſe quidem probauit, et SERENVM patrem, quem ARNOBIVS p) et SERVIVS q) citarunt, verum carminis medici noſtri auctorem habuit; ſed qui contrarias partes tuentur et SERENO filio carmen de medicina adſcribunt, argumentorum vim quandam proferunt, quae, ſi et ſententiam hactenus tractatam non penitus infirment, illi tamen fidei magnam partem detrahunt. SERENVM patrem memorat SPARTIANVS r) his verbis: *Caedes deinde in omnibus locis, et in balneis factae: occiſique nonnulli etiam coenantes, inter quos etiam* SAMONICVS SERENVS, *cuius libri plurimi ad doctrinam extant.* Sed cum hoc ponitur, iure, quod pariter adfirmatur, in controuerſiam vocari poteſt, SERENVM patrem GORDIANI ſecundi praeceptorem fuiſſe, de quo haec ſcribit IVLIVS CAPITOLINVS s): SERENO SAMONICO, *qui patri eius amiciſſimus, ſibi autem praeceptor fuit, nimis acceptus et carus, vsque adeo, vt omnes libros* SERENI SAMONICI, *patris ſui, qui cenſebantur ad LX. et duo millia,* GORDIANO *minori moriens ille relinqueret, quod eum*

p) aduerſ. gent. VI.

q) ad Georg. loco ſupra citat.

r) in Caracall.

s) in Gordian. Haec loca omnia collegit digeſſitque MORGAGNIVS in epiſt. in Seren. I. pag. 268. 280. 286. ex quibus haec potiſſimum deſumta ſunt.

eum ad coelum tulit, ſiquidem tantae bibliothecae copia et ſplendore donatus, in famam hominum, litterarum decore peruenit. Ex quo loco vti patet, duos SERENOS fuiſſe, patrem et filium, quorum hic GORDIANI praeceptor fuit, ita dubium eſt, fueritne hic filius idem, ac ſcriptor CARACALLAE iuſſu interfectus. Aetas quidem ſecundi GORDIANI non repugnat, quem tunc annis plus viginti eſſe natum ex hiſtoriarum monumentis facile poteſt demonſtrari: at tantam illam bibliothecam ab homine inter coenam repente occiſo cuipiam inter coenam nominatim relictam eſſe ita veroſimile non eſt. Haec tamen vtut ſint, mortis violentae cauſſam veroſimilem SPARTIANVS t) tradidit, damnatos eſſe a CARACALLA, qui remedia quartanis tertianisque collo adnexa geſtarent, dicens, quae cum Sereni doctrina egregie conuenirent, ſi damnationis tempora congruerent, nec probabilius eſſet, SERENVM, tanquam GETAE fautorem, intercmtum fuiſſe.

Princeps autem locus, ex quo coniectura de SERENO filio carminis medici noſtri auctore admodum firmatur, LAMPRIDII eſt u), a KEVCHENIO omiſſus, a MORGAGNIO x) vero et DANIELE VINCKIO y) citatus: *La-tina*

t) in Caracall. Morgagn. Epiſt. I. pag. 280.

u) in Alexandro Seuero. c. 30.

x) Epiſt. in Seren. I. p. 287.

y) Amoenitates philologico-medic. §. 18. p. 418.

tina cum legeret ALEXANDER SEVERVS, *non alia magis legebat, quam de officiis Ciceronis et de republica. Nonnunquam et oratores et poetas, in queis* SERENVM SAMONICVM, *quem et ipſe nouerat et dilexerat, et* HORATIVM. Quae verba ſi cum iis conferuntur, quae de eodem ALEXANDRO LAMPRIDIVS habet [z]), vixiſſe videlicet annis XXIX. aut etiam HERODIANVS [a]), tum duodecimum aetatis attigiſſe annum, cum factus eſt conſul cum HELIOGABALO, patet, quinquennem, aut etiam quadrimum fuiſſe ALEXANDRVM, quum GETA, huiusque partium ſtudioſus SAMONICVS a CARACALLA interfecti ſunt. Quis autem putet, talis aetatis puerum, etiamſi in eodem loco, vbi SAMONICVS fuerit, eruditiſſimum illum ſcriptorem et nouiſſe et dilexiſſe? Indeque facilis coniectura eſt, poetam iſtum SERENVM SAMONICVM non patrem, ſed filium fuiſſe, quum hunc annos aliquot paternae caedi ſuperſtitem ponere nihil vetet, et quae SPARTIANVS [b]), ARNOBIVS [c]), MACROBIVS [d]), SIDONIVS [e]), SERVIVS [f]) de libris SAMONICI, vt videtur, patris, aut memorant, aut proferunt, haec quidem ſoluta oratione ſcripta ſunt, illa vero ad doctum quidem atque eru-

z) in ead. vita.

a) hiſtor. V.

b) in Caracall. et Geta.

c) aduerſ. gent. VI.

d) Saturn. II, 12. 13. III, 9.

e) Epiſt. ad Polem. carm. 13. ſubiecta.

f) ad Virg. Georg. I, 102. 103. eaet.

eruditum philologum, hiſtoricum, aut etiam mathematicum, non propterea tamen poetam ſpectare videntur. Libri certe, qui a priſcis viris SERENO patri adſcribuntur, reconditarum rerum, matheſeos libri a SIDONIO g) memorati ligata oratione conſcripti non fuerunt, nec patet ex SERVIO h) vtrum Thules inſulae miracula a SERENO ſoluta aut ligata oratione deſcripta fuerint.

LAMPRIDII autem locus quum diſerte de SERENO filio poeta agat, de patre autem poeta apud priſcos nihil inueniatur, eſt vtique quod ſuſpicemur, carmen medicum a SERENO filio profectum eſſe.

Cui ſententiae licet fidem plurimam non denegem, in primis quum ad eam defendendam MORGAGNIVS omnia auctorum loca ſtudioſe congeſſerit pertractaueritque, non eſt tamen, vt veram et indubitatam penitus illam habeamus. Poetam enim fuiſſe SERENVM patrem ex priſcis monumentis licet non conſtet; negari tamen non poteſt, SERENVM patrem in reconditarum rerum libris phyſica, ſuperſtitioſa, ſana ratione vix concipienda explicandaue, talia, quibus verbis, numeris certis, caet. magna vis tribuitur, multa pertractaſſe, quod ex horum librorum loco a MACRO-

g) Epiſt. ad Leontin. Carm. 22. h) in Georg. I, 30.

Macrobio i) citato, carmen Diis ex vrbe obſeſſa euocandis continente, et ex libro de Thules inſulae miraculis, parte forſan reconditarum rerum librorum, abunde patet. Si autem ea ſpectamus, quae in carmine de medicina continentur, in quo eiusdem argumenti plura copioſe pertractantur et hoc modo, vt iis magnam fidem auctor tribuiſſe videatur, magica, ſuperſtitioſa, haud difficilis profecto eſt concluſio, carmen de medicina ab eodem auctore profectum eſſe, qui reconditarum rerum libros conſcripſerit. Quae coniectura magnopere inde confirmatur, quod alio fragmento, a nobis ſupra citato, de piſce accipenſere quaedam ex Plinio k) hauſta tradiderit, quibus Plinivs, pro ſaeculi, quo auctor vixit, more illuſtratur, de ipſo autem, quod nobis ſupereſt, de medicina carmine ſi ea detrahemus, quae ex Plinio auctor hauſit, pauca admodum reſtent auctori aut propria aut ab aliis deſumta.

Quae omnia etſi ad carmen de medicina Sereno patri vindicandum in primis faciunt, non eſt tamen, quod in his argumentis excutiendis diu inhaereamus, inprimis quum nullum antiquitatis teſtimonium proſtet huic favens, aut illi contrarium. Sufficit, ſane auctorem carminis, licet in ipſo opere plura occurrant,

i) Saturnal. III, 9. k) hiſt. nat. IX, 17.

currant, quae auctorem in ea medicinae parte, quae in cognoſcendis morbis occupatur, parum verſatum eſſe probant, a verſu inprimis 90. vsque ad 93. rerum medicarum expertum fuiſſe, et medicinarum, quas laudat, vim ex exemplis didiciſſe, quod partim ex prima capitis primi parte, qua diuinam quandam carminis inſpirationem adfectat, partim ex plurimis aliis carminis locis concludi poteſt. Sic capite II. verſu 33. dicit:

— — — *certam dabit háec tibi cura ſalutem.*

eodem modo v. 135.

— — — *diuinaque cura valebit.*

nec non v. 272.

diſce etiam miram ex humili medicamine curam.

nec non v. 370.

mixta dabunt miras, experto crede, medelas.

v. 405.

Quae mihi cura ſatis, caſu monſtrante, probata eſt:

vt alia loca in carmine vbiuis obuia ſilentio transeam, quae omnia iuſtam dubitationem de carminis auctore vere medico in eo admittunt, quod, ceu rerum naturalium omnium gnarus, *caſu quodam monſtrante*, medicamenta quaedam vtilia expertus, medicinam vero non profeſſus ſit. Cui ſententiae eo lubentius accedo, quum varios patris SERENI libros ad doctrinam extare SPARTIANVS perhibeat,

hibeat, maximaque eorum, quae in carmine continentur, pars non ab ipſo auctore, ſed a DIOSCORIDE et PLINIO, quibus in complu-ribus carminis locis vſus eſt, profecta ſit, filius autem, vt ex LAMPRIDII loco ſupra ci-tato ſatis patet, doctrinae genera a natura-lium rerum ſtudio admodum diſtantia tracta-verit, aut ſolas orationes, vt quidam LAM-PRIDII locum intelligunt, *oratores* ad SERE-NVM, poetas ad HORATIVM referentes, aut orationes et carmina conſcribendo [1]).

Carmen autem de medicina, quod nobis ſupereſt, verſibus 1115 hexametricis morborum complurium, ſine multo ordine, eo excepto, vt a capite ad alias partes carmen defluat, pertractatorum curationem continet, omnibus fere, quae ad morborum cognitionem, ad vi-tam et mortem in iis praeſagiendam nec non ad vitae rationem pertinent, praetermiſſis. Ex quo patet, quod ſaeculi ſui more, inge-nium ſuum medicum non ſecundum HIPPO-CRATIS magni aliorumque veterum Graeco-rum praecepta formauerit, quorum praecipua medicina in morborum recta cognitione verſa-batur, putantium, quemlibet morbos rite cu-raturum, dummodo eos rite cognoſceret, ſed potius,

1) De his copioſe egi in epi-ſtola mea in Q. *Serenum*, quae in BALDINGERI, V. III. *neuem* *Magazin für Aerzte* B. I. St. III. pag. 209. legitur.

potius, empiricorum more, ducibus inprimis DIOSCORIDE et PLINIO, morborum, ſine vlla eorum cognitione cauſſarumque diſcrimine ſanandorum praecepta tradiderit. Continet autem SERENI noſtri carmen tales tantum curationes, quae medicamentis paratu facilibus peraguntur, in pauperum inprimis vſum conſcriptas. Hinc vbi medicamentum laudat maiori pretio comparandum, medicamenti maius pretium et ſalutem ab eo certius exſpectandam ſimul notat. Sic cap. XXIV. verſu 241. 242. quibus muricis toſti fauillam ad dentes fricandos commendat, haec ſimul habet:

Ambitioſa putas, ſunt iſta ſalubria cunctis.

Alio loco mentem ſuam vberius explicat, cap. ſcilicet XXVIII. v. 523.

Multos praeterea medici componere ſucos
Adſuerunt: pretioſa tamen quum veneris emtum,
Falleris, fruſtraque immenſa numiſmata fundes.
Quin age et in tenui certam cognoſce ſalutem.

Locus autem princeps cap. XXII. v. 396. ſeqq. proſtat, quo propoſiti ſui rationem ſequentibus clariſſime tradit:

Quid referam multis compoſta Philonia rebus?
Quid loquar antidotum variis? Dis iſta requirat.
At nos pauperibus praecepta feramus amica.

Car-

Carminis autem ipſum argumentum quod attinet, auctori propria admodum pauca, forſan nulla, ſi omnes, ex quibus hauſit, fontes ſcire liceret, continet. Scriptores autem, ex quibus carmen ſuum congeſſit, hi ſunt:

Dioscorides. Ex eo plura hauſit ſuo loco maxima ex parte notata. Vſus eſſe videtur maxime libris *de materia medica*, libris autem *de medicamentis comparatu facilibus* non aeque. His enim libris diligenter in compluribus locis cum Sereni carmine collatis patuit, eum ex libris Dioscoridis de materia medica ſaepius, ex libris vero de medicamentis comparatu facilibus admodum raro verba e graecis, vt ipſi frequenter mos eſt, latina feciſſe et metro, ſubinde vi quadam dura, ſubegiſſe.

Caivs Plinivs Secvndvs, quo maxime vſus eſt, adeo vt nullum caput in vniverſo carmine, imo pauci verſus proſtent, qui Plinii auctoritate, cuius ipſa ſaepe verba in verſus coegit, confirmari nequeant. Summum hinc Plinii vſum in Sereni textu recenſendo, diſponendo, adornando et in ipſo hoc vniuerſo carmine illuſtrando fuiſſe facile patet.

Multa etiam eadem plane mente modoque perſcripta Plinivs Valerianvs habet, niſique certe conſtaret, hunc Plinivm Sere-

NO longe recentiorem eſſe m), facilis vtique foret concluſio, SERENVM ex hoc auctore conſiliorum ſuorum partem haud exiguam hauſiſſe, in qua ſententia et KEVCHENIVS, aliique SERENI interpretes perſtiterunt. Verum quum PLINIVS VALERIANVS, aeque ac SERENVS noſter, plurima ex CAIO PLINIO SECVNDO hauſerint, facile accidit, vt conſilia ex vno eodemque fonte petita plurimam ſimilitudinem inter ſe haberent, facilique, ſed vix tolerando interpretum errori anſam praeberent, cui tantopere hi viri, prae omnibus autem KEVCHENIVS, indulſere, vt eadem conſiliorum ſimilitudine inducti, AETIVM adeo et MARCELLVM EMPIRICVM, quorum aetas compluribus ſaeculis ab auctore noſtro recedit, pro ſcriptoribus a SERENO ad carmen ſuum conficiendum adhibitis haberent.

DIOSCORIDEM, CAIVM PLINIVM SECVNDVM et in primis GALENVM, vt ſummatim dicam, excepere medici plurimi, qui, dum empiricae ſectae operam darent, et parum haberent, quod ex propria experientia poſteris traderent, rem praeclare a ſe geſtam putarunt, ſi dictorum virorum conſilia transſcriberent eaque variis aliis auctorum laciniis intermixta parum graeca latinaue dictione ſua dehone-

m) conf. *von* HALLER method. ſtudii medici. pag. 828. bibliothec. medic. practic. Tom. I. p. 295.

honeſtarent. Inde magna iſta, qua interpretes in errores varios inducti ſunt, conſiliorum ſimilitudo explicanda eſt, quae autem omnia, ſi cum dictis a DIOSCORIDE, PLINIO SECVNDO et GALENO conferuntur, facile ad verum et genuinum fontem ſuum reducuntur.

Vti autem in rebus medicis, quae in carmine continentur, SERENVS DIOSCORIDEM et PLINIVM ſequutus eſt, ita in ipſo carmine LVCRETIVM et HORATIVM ſaepius imitatus eſt. Sed accidere poetae, quae omnibus, qui ſpoliis extus illatis ſua ornant, durum carmen euaſit, per rupes et ſaxa, intercepto ſaepe amne, decurrens. Quae verſibus 392. 499. 513. 517. 519. 534. 740. dicta ſunt, ex HORATIO, ipſo poeta verſu 534. notante, ſine dubio deſumpta ſunt. Eodem modo et LVCRETIO vſus eſt, ita vt ex his poetis conſiliorum ſuorum partem, at exiguam, maiorem vero verborum, epithetorum, et verſuum adeo hauſerit, hisque excerptis carmen ſuum exornauerit.

Ipſum autem carmen quod attinet, licet medicamenta morborum curationibus idonea carmini materiem nec facilem admodum, nec conuenientem omni modo praebeant, ſatis id quidem terſum eſt, non vero puram iſtam caſtamque latinitatem redolet, qua libri temporibus, quae SERENI aetatem praeceſſerunt,

conſcripti eminent. Continet barbaras aut inuſitatas voces vere latino viro haud conuenientes complures, duras verborum compoſitiones, epitheta rei, cui adponuntur, non ſemper accommodata, durum ſenſum, ſubinde adeo obſcurum praebentia, ſaepius non argumenti, ſed metri cauſſa adpoſita, quibus aſperum, minus terſum, nec ſatis cohaerens carmen ſaepius redditur. Nec in metro obſeruando admodum ſtudioſus fuit, licet eiusdem cauſſa, aliis in locis, multa auſus fuerit. Sic metri cauſſa PHERECYDEM tragoedum vocat, cap. V. v. 62. de quo tamen, aut tragoedo, aut tragoediarum auctore, eorum, qui eius morbum perſcripſere, nullus mentionem fecit. Sic eiusdem cauſſa, et vt PLINIVM ſuum ſequeretur, plura, ſoluta oratione melius dicenda, in verſus coegit.

Vti autem ſumma deſidia luxuriaque eo tempore vniuerſam Quiritium gentem infecerat duritiem laborum fugientem, facilia amantem, ita et ſcientia medica eo tempore amabatur non talis, qualem HIPPOCRATES, caeterique Graeci veteres praeceperant, quae aſſiduos labores, ſtudium copioſum, iudicium ſagax requirit, ſed ea potius, quae parum operae requireret, ſolaque in curandis morbis, non in iis recte cognoſcendis verſaretur, empirica iſta medicina, qua, poſthabitis iis, quae ratiocinando eruuntur, ſola duce experientia morbi

morbi curari ſolent. Quam medicinam a Graecis profectam Romani eo lubentius amplexi ſunt, quum mollitie ſua fracti diaetae ſeueris legibus obtemperare nollent, morbique ſubita quadam vi inuadentes ob vitae rationem peruerſam, veneficia crebra, caet. iis admodum frequentes eſſent. Hinc omnis medicina eo tempore non in morborum cognitione eorumque curatione ex ea hauſta, ſed in morborum curatione, cognitione neglecta, conſtitit, et ſi GALENVM, crebrosque, quos ſtatim habuit, ſectatores, excipias, (cuius medicum ſyſtema auctoris quidem ingenium et ſagacitatem ſummam prodit, ſectatorum autem ingenium non torſit, magiſtrum ſuum fideliter et ex omni parte ſequentium) omnis medicina a ſaeculo poſt Chriſtum natum altero, vsque ad ſaeculum XV. quo HIPPOCRATIS magni medicinam pauci iterum ſectati ſunt, aut in GALENI ſyſtemate fideliter, ad auctoris mentem tradendo, illuſtrando, amplificando, aut in medicinis ad morbos laudandis conſtitit.

Quae omnia ſi diligenter perpendimus, non eſt, quod miremur, monachis, penes quos vniuerſa doctrina per longiſſima tempora praecluſa fuit, eandem medicinam prae omni alia in primis placuiſſe, otioſae quippe eorum vitae animoque aut aliis rebus occupato, aut ab omni occupatione vacuo, admodum accommo-

 datam,

datam, eosque, ſi medicinae operam vllam darent, non morborum cognitioni, ſed potius curationi ſtuduiſſe. Hinc libri veterum, in quibus conſilia ad morbos curandos facilia continentur, ab iis ſaepius tractati, retractati, gloſſis, notis variis illuſtrati, varie interpolati, et, vt verbo omnia comprehendam, tam male tractati ſunt, vt in his veterum libris et in SAMONICO ſaepe dubium ſit, num conſiliorum pars a vero libri auctore, aut potius a monacho librario medicoue profecta ſit.

Interiere praeclara veterum opera ad omnem doctrinam plurima, incuria ſine dubio monachorum his ſtudiorum generibus parum deditorum, ſcriptorum autem de medicamentis ad morbos pauci admodum, ſi eos cum iis conferas, qui ex aliis doctrinae generibus interiere. Quid? quod inſignis codicum manuſcriptorum copia, quibus haec opera admodum communia olim reddita ſunt, ſatis probat, quantopere ſtudia haec inutilia ſaepe, nociua adeo ſubinde, amata fuerint.

Codices manuſcripti, quibus SERENI SAMONICI carmen continetur, plurimi proſtant partim collati, partim ad editiones typis expreſſas adornandas nondum adhibiti. Nec dubium eſt, fore, vt in monaſteriis, praeprimis Italis, et bibliothecis aliis plures adhuc lateant, hactenus praeteruiſi aut non viſi. Codices

dices autem manuſcripti, quibus ii, qui Sereno operam dederunt, vſi ſunt, nec non quibus nos primum ſumus vſi, ſequentes ſunt:

1) Codex Leidenſis.

2) Codex Regius Pariſinus.

3) Codex Voſſianus.

4) Codex Puteanus, qui autem verſu 460. explicit, reliquis deperditis. Ex his codicibus varias lectiones BVRMANNVS partim ipſe collegit, partim a DANIELE HEINSIO collectas notis ſuis inſeruit, codicum vero antiquitatem et dignitatem non deſcripſit.

5) Codex CASPARIS WOLPHII, quem non deſcripſit, dum lectionis varietatem ex eo collectam editioni SERENI HVMMELBERGII alteri praemitteret.

6) Codex CONRADI GESNERI. Variam ex eo lectionem vnicam ad verſum 726. citat BVRMANNVS ſuo loco a nobis notatam. Collatus hactenus ad impreſſas editiones non eſt, forte tamen cum SIMLERI codice eundem conſtituit, qui poſt GESNERI obitum SIMLERI bibliothecae acceſſerit.

7) *Codex* SIMLERI. Variam ex eo lectionem BVRMANNVS citat ad v. 577. Collatus caeterum hactenus non videtur.

 8) Co-

8) Codex CASP. BARTHII, ex quo excerpta quaedam paſſim notata ſunt in aduerſariis Cl. Viri ſuo loco editioni noſtrae inſerta. vid. v. 109.

9) Codex SCALIGERI. Ex eo quaedam BVRMANNVS, quae ad marginem SCALIGER adleuerat, adduxit, a nobis notata.

10) Codex THOMAE BARTHOLINI, nunquam, vt videtur, hactenus collatus. Variam ex eo lectionem IO. RHODIVS adducit ad v. 543. a nobis notatam.

11) Codex Paderbornenſis, qui in monaſterio vrbis dictae Abdinghoff, ordinis S. Benedicti adſeruatur. Membranaceus, ſcriptus, notante MARQVARDO GVDIO, ſaeculo XIII. eſt. Inſignem variantium lectionum copiam ſubinde ſatis notabilium continet. Earum FABRICIVS iam mentionem fecit, ab eo autem publici iuris non factarum, notis ſuis autem inſeruit BVRMANNVS, a GOTTL. CORTIO ſibi transmiſſas. Eundem Codicem anno 1735. contulit MARQVARDVS GVDIVS. Varietates lectionum, ab hoc notatas, et a SCHLAEGERO, V. Ill. Sereniſſ. Duci Saxo-Gothan. a conſil. intim. ad FRANTZIVM, V. Cl. medicinae in academia Lipſienſi profeſſorem, miſſas et ab hoc mihi communicatas cum textu iterum con-

contuli, et quae Cortivs et Bvrmannvs omiſerant, diligenter ſuppleui.

12) *Codex Vratislauienſis* bibliothecae Rhedigerano-Eliſabethinae, chartaceus, ſaeculo XV. ſcriptus, hinc inde negligenter ac vitioſe, attamen praeclarae lectionis plenus. Eum Grvnervs, V. Ill. in academia Ienenſi medicinae profeſſor celeberrimus, praeceptor quondam meus, pie colendus, annis 1770 aut 1771 contulit, eiusque varietates, pro ea, qua in me ſemper fuit, beneuolentia, programmate academico doctiſſimo, Ienae ann. 1782. typis excuſo n), mecum, dum novam me carminis editionem moliri intelligeret, et cum erudito orbe communicauit. Plurimas quidem lectionum varietates continet a librarii erroribus profectas, ſed plures tamen praeclaras bonasque, in quibus quasdam, aliorum codicum fide ſimul ductus, in textum recepi.

13) *Codex Lipſienſis.* Eum communi cum Aemilii Macri codice manuſcripto volumine contentum ex bibliotheca academica Paulina beneuole mecum communicauit Leske, V. Ill. hiſtoriae naturalis

n) Variae lectiones in Q. Serenum Samonicum e codice Vratislauienſi decerptae. Ienae 1782.

lis in academia Lipſienſi profeſſor celeberrimus, amicus meus magnopere colendus. Membranaceus eſt, XXII. foliorum, formamque quartam ordinariam habet. Satis nitide ſcriptus ſaeculo XV. non antiquior, a viro chriſtiano, monacho ſine dubio, qui et notulas quasdam ſiue gloſſas adiecit, quibus comparatu faciles aliae ſubinde medicinae, earum loco, quas SERENVS poſuerat, commendantur. Variarum autem lectionum copiam inſignem continet, quarum tamen plurima pars a librarii incuria aut ignorantia et vocum permutatione manifeſta, altera autem, eaque ſatis exigua, a codicis, quem ſequutus ſcriptor eſt, varietate pendet. Sed nec hae lectiones tam bonae ſunt, vt obſcuriora textus loca iis admodum illuſtrentur, Eas ſuo loco aliis varietatibus adiecimus.

Sunt autem et alii complures codices manuſcripti, quibus doctiſſimi viri, qui SERENO ſingularem operam dederunt, aut hoc modo vſi ſunt, vt textum tali modo perfecte exhiberent, quali in codice ſcriptus erat, aut eo, vt ſecundum codicem ſuum editionem ſuam adornarent, textum impreſſum codici manuſcripto accommodarent eumque ex codice manuſcripto vario modo illuſtrarent. Horum codicum copia ſatis magna eſt, ſed quum

quum parcam vtplurimum hi viri eorum, quae in adornandis ſuis editionibus praeſtiterint, mentionem fecerint, codicum horum antiquitatem et dignitatem eruere vtplurimum vix licet. In his codicibus notandi potiſſimum hi ſunt:

1) *Codex Venetus*, quo typographus ad primam omnium SERENI editionem typis excudendam vſus eſt.

2) Codex GABRIELIS HVMMELBERGII, quem doctiſſimus vir in vtiliſſimis ſuis in Q. SERENVM commentariis aliquoties memorat.

3) Codex ROBERTI CONSTANTINI, quo in editione ſua adornanda vſus eſt, quae, niſi penitus fallimur, codicem ſuum typis exſcriptum continet. Margini gloſſae codicis adſcriptae ſunt. Codicis ſui CONSTANTINVS ipſe mentionem fecit in not. ad cap. 62. verſ. 1076.

4) Codex HENRICI RANZOVII, in quo notandum eſt, quod carmen SERENI in eo MACRI nomine inſcribatur. RANZOVII verba editioni infra enarrandae praefixa haec ſunt: *Bibliothecam meam Bredenbergicam perluſtrans*, — *incidi in codicem veterem manuſcriptum*, *multa ad rem medicam pertinentia continentem*, *in quo reperi quaedam*, *quae non erant edita vel etiam non*

non integre excuſſa. In hoc etiam inueni Macrvm, *quem, dum cum impreſſis exemplaribus confero, priorem ſaltim librum extare — alterum vero librum de medicamentis totius corporis humani* (Sereni) *hactenus publicatum non eſſe, prout etiam hac de re cum doctis viris contuli. Nolui itaque hunc Macrum diutius in bibliotheca mea deliteſcere*, etc. Error, in quem doctiſſimus quondam vir, nomine *Macri* ſuppoſititio ſeductus, incidit, vix quidem tolerandus eſt, at bonus omni modo codex fuit, qui ad Serenvm illuſtrandum plurima conferat.

5) *Codex* Andreae Rivini, quem doctiſſimus vir in collectione: *veterum quorundam bonorum ſcriptorum libri et reliquiae ſingulares de materia et re medica* edidit, quam editionem infra copioſius recenſendi occaſio dabitur.

6) *Codex* Roberti Kevchenii auitus, quo ſolo Cl. vir in editione ſua adornanda vſus eſt, ab eo non deſcriptus, ſed notae haud optimae, plurimasque lectiones habens a textu a librariis interpolato ſine dubio profectas.

In tanta autem codicum manuſcriptorum copia mirum eſt, quod ea textui illuſtrando non ſolum parum inſeruierit, ſed potius ad textum

textum obſcuriorem reddendum, ad deducendos de vera rectaque via interpretes plurimum contulerit. Parci vtique ſunt antiquae ſcripturae codices SERENI, ita vt vere dubitem, quin vlli ex memoratis aetas ſaeculi XII. aut ineuntis XIII. iure adſignari poſſit. Continent autem omnes lectionum varietatem plurimam quidem, ſed non a vera operis diuerſitate, ſed potius ab erroribus ſcriptorum manifeſtis, nec non a nefanda iſta interpolatione, qua ſua ſcriptores ſuppoſuerunt, quae forte ipſi viderant didicerantue pendentium. Summa hinc lectionum varietas parum verae lucis textui adfundit, vt potius, qui iis fidem hanc dare velit, qualem in aliis codicibus veterum manuſcriptis merentur, textum certe parum illuſtraret, ſed potius librariorum erroribus et interpolationibus peſſime dehoneſtatum exhiberet.

Scriptum tam varie et copioſe SERENI carmen varie, et tam copioſe etiam editum eſt, vt titulis harum editionum omnium citandis hae pagellae vix ſufficerent. Nec opus eſt, vt omnes editiones, quotquot nobis innotuerunt, adducamus: nam copioſae quidem ſunt, quae dignitatem quandam doctrinae et interpretationis habent, longe copioſiores tamen eae, in quibus editor nihil, typographus vero omnia praeſtitit. In his enarrandis quum non ſit quod diu inhaereamus, principes editiones citaſſe ſufficiet.

Ann,

Ann. 1488. prima omnium Sereni editio Venetiis prodiit, cum *Avieni*, *Germanici* et Ciceronis Arataeis phaenomenis, qua Bvrmannvs in Sereno ſuo edendo vſus eſt, vt ipſe docet in praefatione ad poetas latinos minores. vid. et Morgagni *Epiſt. in Q. Seren.* I. p. 263.

Ann. 1485. Sereni editionem aliam Venetiis prodiiſſe cum *Arato* et *Hygino* Bvrmannvs notauerat, neglexit tamen addere, vbi mentionem eius fieri didicerit. Primam vero omnium Venetam ab anno 1488. et Morgagnivs putat, *Epiſt. in Seren.* I. pag. 267. Epiſt. II. pag. 310. qui in conquirendis vbique antiquis Sereni editionibus operae partem haud exiguam collocauit.

Ann. 1490 — 1496. Altera editione, ſed exiguae molis, ſex foliorum, ſola Sereni carmina exhibente, Bvrmannvs vſus eſt, cui nulla loci aut temporis nota addita eſt. Non diu tamen poſt priorem Venetam editionem prodiit, a *Sulpitio Verulano* quippe, notante primi folii auerſa pagina, edita, qui anno 1496. viuere deſiit.

Ann. 1502. Venetiis, eadem forma fere, magnitudine et mole prodiit, hanc vero editionem, Bvrmanno non viſam, nec nos vidimus.

Ann. 1515. Lipſienſis editio Venetas excepit, in officina *Valentini Dammandri*, in regione

gione equeſtri impreſſa, a nemine, Bvrmanno excepto, memorata, ſola Sereni carmina complectens, cum codice vero Lipſienſi ſupra citato, vt ex lectionum diuerſitate patet, non collata.

Ann. 1528. menſe Martio Caesarii editio prodiit, titulo: *Q. Sereni Samonici de medicina praecepta ſaluberrima per eundem D. Caeſarium ab omnibus, quibus ſcatebant, mendis probe ac diligenter emaculata. Item Q. Rhemnii Fannii Palaemonis de ponderibus et menſuris liber vtiliſſimus.* (*In fine Haganoae, per Ioannem Secerium.*) in 8vo. Dedicatio comiti a *Stoelberg* oblata ann. 1527. pridie Kal. Apriles data eſt. Primus eſt *Caeſarius*, qui textui notulas, aut potius gloſſas, capitulorum vero fini ſcholia adiecit poetam illuſtrantia, praeciſa quidem admodum, ſed magna ex parte bona vtiliaque. Eandem editionem *Ioannes Soter*, Salingiaci, ann. 1538 recuſſit, omiſſa tamen epiſtola ad comitem de *Stoelberg* nuncupatoria. Hanc editionem 32 foliorum, in forma, quam octauam vocant, ab Ill. Grvnero mihi transmiſſam cum textu contuli notasque ex ea ſelectiores excerpſi.

Ann. 1528. *Serenus* ab Aſulano cum *Corn. Celſo* editus eſt, titulo: In hoc volumine haec continentur: *Aurelii Cornelii Celſi medicinae libri* VIII. *quam emendatiſſimi, graecis etiam dictionibus reſtitutis. Quinti Sereni liber de medicina*

et ipſe caſtigatiſſimus. Accedit index in Celſum et Serenum ſane quam copioſus. Venetiis, in aedibus Aldi et Andreae Aſulani ſoceri, menſe Martio, in 8vo.

Ann. 1533. *Collinaei* impreſſum exemplar prodiit ad codicem manuſcriptum adornatum, notante *Caſp. Wolphio*, in praefat. ad *Serenum* Hummelbergii, ann. 1581.

Ann. 1540. Sereni de re medica, ſiue morborum curationibus librum Gabriel Hvmmelbergivs, cum commentariis, forma, quam quartam vocant, foliis 249 Tiguri edidit. Idem perfecte liber anno 1581. nouo titulo ornatus prodiit, recens tamen illi acceſſerunt emendationes nouae ex vetere codice manuſcripto Gallo, a *Ioanne Sambuco* collectae et *Conrado Gesnero* oblatae, ex cuius bibliotheca in Wolphianam transierunt, qui eas, folia quatuor explentes, dictae editioni praefixit. Caeterum altera haec editio non noua eſt, titulus enim illi tantum nouiter acceſſit, nec non *Wolphii* ad lectorem epiſtola indicesque morborum, qui in carmine curantur, et epithetorum. Commentarii, vt iam ex foliorum numero intelligitur, ampliſſimi ſunt et plurima continent inutilia ſuperfluaque, ſed plurima etiam bona, auctorem admodum illuſtrantia doctiſſime et eleganti ſermone tradita, vt, vbi dubius de *Sereni* locis variis

Hum-

Hummelbergii commentarios acceſſeris, doctior certiorque ſemper ab iis diſcedas.

Ann. 1542. Lugduni, typis *Sebaſtiani Gryphii* prodiit, curante, vt fama eſt, *Antonio Molinio*, Matiſconenſi. Hanc editionem emendationis laude multa celebratam BVRMANNVS perhibet. Editoris induſtriae egregium teſtimonium PITHOEVS, aduerſ. ſubſec. I, 19. exhibuit, quod ſequuti editores deinde confirmarunt.

Ann. 1547. Aſulani editionem Aldi filii repetierunt in collectione: *Medici antiqui omnes, qui latinis literis diuerſorum morborum genera et remedia perſequuti ſunt, vndique conquiſiti et vnico volumine comprehenſi, Venetiis.* ſed tali modo, vt et vitia operarum non emendata exhibuerint.

Ann. 1549. Editionem apud Aldi filios variae apud *Tornaeſium* ſequutae ſunt, pauca, quae textui illuſtrando inſeruiant, continentes. Quae nobis ad manus eſt, anno 1549. Lugduni apud *Ioannem Tornaeſium* et *Guil. Gazeium*, cum *Corn. Celſo* et *Q. Fannio Rhemnio Palaemone* prodiit.

Ann. 1559. cum commentariis GEORGII PICTORII, Villingani, vna cum *Theodori Vlſeni* libris duobus de pharmacandi comprobata ratione, Baſileae, typis *Henrici Petri* in octauo prodiit. Commentarii rem medicam potiſſi-

mum ſpectant, quae vero poetam vere illuſtrant, editioni meae inſerui.

Ann. 1566. ROBERTI CONSTANTINI editio, vna cum *Corn. Celſo*, Lugduni, typis *Guil. Rovillii* in 8vo. prodiit, mutatis nonnullis, at nonnullis ſatis audacter, in poeta. Additae breues notulae et margini lectionum varietates, quarum autem partem ſatis magnam gloſſae ex codice manuſcripto efficiunt.

Ann. 1567. eandem editionem *Henricus Stephanus* in collectione medicorum principum latina repetiit penitus immutatam, omiſſis tamen notis textui ſubditis, qua editione in hac adornanda vſus ſum.

Recudi curauit eandem editionem IOANNES BAPTISTA VVLPIVS, Pataui, apud *Cominium*, cum *Cornelio Celſo* et epiſtolis *Morgagnii* in *Corn. Celſum* et prima in *Quintum Serenum* ann. 1722. Eandem editionem recudi curauit *Io. Bapt. Vulpius* Pataui ann. 1750. apud *Ioſ. Cominium*, in octauo, duobus voluminibus, quorum alterum *Corn. Celſum*, alterum epiſtolas in Celſum *Morgagnii*, nec non primam alteramque eiusdem doctiſſimi viri in *Quintum Serenum* continet. Textus notaeque textui ſubditae *Conſtantinum* perfecte redolent. Notulis locorum mentio addita eſt, quae in epiſtolis ſuis doctiſſime illuſtrauit *Morgagnius*. Hac editione ex bibliotheca academiae Georgiae

giae Auguſtae ab Heyne, V. Ill. praeceptore quondam meo pie colendo et Blvmenbachio, V. Cl. mihique amiciſſimo beneuole mihi communicata vſus ſum, in primis ob alteram in *Quintum Serenum* epiſtolam ab aliis parum viſam, nec hactenus ad *Serenum* emendatiorem reddendum adhibitam.

Iisdem fere temporibus *Q. Serenum*, notulis illuſtratum, Petrvs Pithoevs catalectis ſuis inſeruit.

Ab his temporibus vsque ad annum 1662. cum Cornelio Celſo Quintus noſter Serenus copioſe editus eſt, ſed in his editionibus vix vlla eſt, quae ſingularem attentionem mereatur.

Ann. 1590. Henrici Ranzovii editio prodiit, titulo: *Henr. Ranzouii editio duorum librorum Macri de virtutibus herbarum, de quibusdam animalium partibus ac terrae ſpeciebus itemque medicamentis totius corporis humani, iam recenter ex bibliotheca ſua Bredenbergenſi depromptorum, quorum prior antehac non tam emendate extitit, poſterior vero antea typis nunquam fuit expreſſus aut in lucem editus.* — *Lipſiae* 1590 in 8vo. Editio eſt ab editoris errore profecta *Serenum* de medicamentis totius corporis humani typis nondum exſcriptum eſſe putantis. Caeterum haec editio, quae ſolum textum Sereni continet, ſi lectionis varietatem ſpectes, no-

tatu admodum digna eſt. Eam in epiſtola mea in *Serenum* o) copioſe recenſui, omnia vero ſcitu vtilia in meam hanc transpoſui.

Ann. 1654. Andreae Rivini editio prodiit, titulo: *veterum quorundam bonorum ſcriptorum libri et reliquiae ſingulares de materia et re medica, videlicet Q. Sereni Samonici de morborum curatione, Marcelli, ſeu Vindiciani carmen de medicina et huius epiſtola ad Valentinianum Imp. Priſciani, de ponderibus et menſuris, Sexti Placiti de medicina ex animalibus, Conſtantini Africani de animalium virtutibus naturalibus, Theodori medici veteris diaeta. Quos ipſos poſt Aldum, H. Stephanum, Io. Sambucum, Hummelbergium, Fr. Emericum, Io. Schottum, P. Pithoeum, Caſp. Barthium, G. E. Schreinerum, etc. collatis inuicem MS. et exemplaribus coniunctim edidit Andreas Riuinus Phil. et Med. Dr. ac P. P.* Lipſiae, in bibliopolio Ellingeriano 1654. in 8vo. Textus nulli ex impreſſis exemplaribus conuenit, maxime tamen Ranzouiano. Notata huic diligenter loca ſunt, quae a vulgata lectione diſcedunt.

Ann. 1662. Keychenii editio prodiit, titulo: *Q. Sereni Samonici de medicina praecepta ſaluberrima. Robertus Keuchenius ex veteri libro reſtituit, emendauit, illuſtrauit. Amſtelodami, apud Petrum van den Berge,* in 8vo. paginarum 295. cum

o) In opere citato. pag. 215.

cum prolegomenis ampliſſimis et vberrimo commentario. Hanc editionem doctiſſimi viri, in iisque *Morgagnius*, admodum laudarunt, ſed plura ſunt in ea deſideranda. Textum enim nullo modo emendatum exhibet, notae autem plures emendationes continent, in iisque admodum paucas, quibus lucis quiddam poetae adfunditur. Omnia caeterum ex ſchedis aui ſui, *Roberti Keuchenii*, conſulis Veſalienſis, deſumſit, nec non ex aliorum doctiſſimorum virorum operibus, ita, vt, ſi omnes ſuas ampliſſimasque in Serenum notas cum his conferas, quae ab aliis, *Salmaſio*, *Turnebo*, *Iano Cornario*, caet. alia occaſione dicta ſunt, furta plagiaque inſignia deprehendas, et impudentiam viri, doctrinam, qua non valuit, adfectantis, admodum mirere. Gloſſas adducit plurimas, earum fontem vero ipſe ignorat. *Aetium*, *Marcellum*, *Sereno* antiquiores putat. Notae eius paene omnes *Serenum* parum illuſtrant, ſed potius alios auctores Graecos latinosue, pro fontium ratione, ex quibus ſua incondite et ſine omni ingenio congeſſit. Caeterum in nouis lectionibus adſtruendis nimis audax, textum nec cum codicibus, auito excepto, nec cum editionibus contulit, omnesque, de quibus loquitur, editiones, ad viliores pertinent. Plura tamen vtilia, prolegomena continent, nec raro in notis deprehenduntur, quae poetam admodum illuſtrant. His ab auo ſine dubio profectis vſus diligenter ſum.

In poetarum Latinorum Londinenſi collectione, in cuius altero Tomo *Serenus* legitur, parum ad poetam noſtrum illuſtrandum praeſtitum eſt.

Ann. 1731. omnibus fere numeris abſolutum et doctiſſime illuſtratum *Serenum* BVRMANNVS edidit in opere: *poetae latini minores, ſiue Gratii Faliſci Cynegeticon, M. Aurelii Olympii Nemeſiani cynegeticon et eiusdem eclogae IV. T. Calpurnii Siculi eclogae VII. Claudii Rutilii Numatiani iter, Quintus Serenus Samonicus de medicina, Vindicianus ſiue Marcellus de medicina, Q. Rhemnius Fannius Palaemon de ponderibus et menſuris et Sulpiciae ſatyra. Cum integris doctorum virorum notis et quorundam excerptis, curante* PETRO BVRMANNO, *qui et ſuas adiecit adnotationes. Tom. I et II. Leidae, apud Conrad. Wishof et Danielem Goedval in* 4to. *maj.* Huius collectionis alterum volumen a pag. 185 vsque ad 388. *Q. Serenum* continet. Textum talem vtplurimum dedit, qualem *Keuchenius* exhibuerat, ſed compluribus in locis priſcae ſuae integritati feliciter reſtitutum. Lectionum varietatem plurimam ex codicibus manuſcriptis, Regio Pariſino, Puteano, Leidenſi, Paderbornenſi, nec non ex antiquiſſimis editionibus notis ſuis inſeruit, notas autem copioſiſſimas adiecit, non ſuas quidem, ſed a *Caeſario, Hummelbergio, Wolphio, Roberto Conſtantino, Pithoeo, Pictorio, Keuchenio, Morgagnio,* aliisque profectas, delectu

lectu vtilium inutiliumue nullo habito, vt, ſi quid in libro iure taxandum ſit, in eo reprehendi debeat, quod incondita indigeſtaque notarum farragine libri molem auxerit. Notae, quas ipſe addidit, ſatis quoque copioſae ſunt, textum quidem, carminis vero materiem parum illuſtrantes, vt adeo doctiſſimus alias vir, rerum medicarum vero parum gnarus, nec in priſcis medicis adeo verſatus, in errores quosdam a *Morgagnio* et a me notatos inciderit.

Operam denique ſingularem *Sereno* dedit vir immortalis memoriae et in vniuerſa ſcientia medica doctiſſimus, IOANNES BAPTISTA MORGAGNIVS, ſcriptis epiſtolis duabus in *Serenum*, quarum altera Patauii, anno 1722. cum *Corn. Celſi* et *Q. Sereni* editione Vulpiana primum prodiit, Hagae Comitum anno 1724 recuſa, altera vero editioni *Corn. Celſi* et *Sereni* Vulpianae anno 1750 in lucem emiſſae addita eſt. Hae epiſtolae in opuſculis miſcellaneis doctiſſimi viri, quae Venetiis ex typographia Remondiniana, anno 1763 in folio prodierunt, part. I. a pag. 102 recuſae ſunt. Summam omnia, quae in his in *Serenum* epiſtolis dicta ſunt, produnt auctoris doctrinam, ſagacitatem, ingenuitatem, adeo, vt certum ſit, *Sereno* his epiſtolis plus lucis adfudiſſe *Morgagnium*, pluraque longe praeſtitiſſe, quam ab omnibus, qui eum praeceſſere, editoribus praeſtitum fuerit. Altera epiſtola ſe inprimis contra BVR-

MANNVM tuetur, qui quaedam in epiſtola prima dicta in notis ſuis taxauerat. Sed et haec ſummam viri doctrinam, ſummum candorem produnt.

Ego autem, edita prius epiſtola in *Serenum Samonicum*, qua de editionum *Ranzouii* et *Riuini* varietatibus potiſſimum egi [p]), nec non nouae editionis meae ſpecimine a doctis viris probato [q]), in noua hac editione omni, quo vllo modo valui, ſtudio eniſus ſum, vt textum priſcae integritati reſtitutum talemque exhiberem, qualem ipſum *Serenum* ſcripſiſſe veroſimile eſt. Quem in finem varias lectiones ex codicibus manuſcriptis a IOANNE SAMBVCO, CONRADO GESNERO, CASPARE WOLPHIO, BARTHIO, ROBERTO CONSTANTINO, nec non ex codicibus Regio Pariſino, Leidenſi, Puteano, a PETRO BVRMANNO collectas cum textu nouiter contuli, codicis Paderbornenſis varietates, a SCHLAEGERO, V. Ill. FRANZIO, V. Cl. communicatas ab eoque mihi transmiſſas, Vratislauienſis, a GRVNERO, V. Ill. editas, nec non Lipſienſis a me diligenti inſtituta collatione excerptas cum textu a BVRMANNO recepto diligenter contuli, lectionum varietatem ex impreſſis exemplaribus, in primis ex *Ranzouii* et *Riuini* editionibus ad *Serenum*

p) in Ill. BALDINGERI, promtuario, Vol. I. pag. 209.

q) in eodem opere. Vol. II. p. 401. ſeq.

num emendatiorem reddendum nunquam hacte-nus adhibitis notaui, contuli, dum difficultas quaedam ſeſe offerret, ad fontes, ex quibus SENVS ſua hauſit, redii, ex iisque, reſpectu ſimul ſemper ad lectionum varietates habito, occaſionem ſatis copioſam ex DIOSCORIDE aut PLINIO lectionem indubitatam hauriendi habui.

Vt autem aequi harum rerum iudices cognoſcant, me textum nec temere mutaſſe, nec infidis lectionibus ſeductum eas fidis magis firmisque praetuliſſe, copioſiſſimam omnium codicum et librorum editorum, quorum in praefatione mentio iniecta eſt, varietatem textui ſubieci, ſelectu tamen quodam habito, ita vt eas omnes, quae a ſolo librariorum, typographorum, aut eorum, qui libros editos curauere, errore, a malo ſcribendi modo et ſcriptorum vitiis manifeſte penderent, penitus praetermitterem, quae autem veras varietates conſtituunt, eo diligentius notarem. Quo iuſto mihi viſo vtilium lectionum ab inutilibus delectu, varietatum copia ſuis limitibus quodam ſaltim modo circumſcripta eſt, quum, ſi omnes textui ſubieciſſemus, lectionum copia non ſolum textum mole ſuperaſſet, ſed maximam libri partem, ſine omni lectorum commodo, occupaſſet.

Librorum ſcriptorum lectiones ex nota vbiuis adſcripta intelligi poſſunt, editionum vero

vero notae, quibus in lectionum varietate vſus ſum, hae ſunt:

Edit. Venet. editio prima *Sereni* eſt, quae ann. 1488 prodiit.

Ed. vet. vetus editio Veneta eſt, a *Sulpitio Verulano* ſine loci et anni mentione edita.

Ed. Lipſ. ea eſt, quae Lipſiae ann. 1515 prodiit.

Ald. editio Aſulani eſt Venetiis anno 1525 edita.

Caeterae editiones omnes ita notatae ſunt, vt lector facile editionem aut editorem cognoſcere valeat. Varietates ex *Ranzouii* et *Riuini* editionibus diligenter notaui, ita, vt, ſi lectionem variam vna tantum alteraue ex his editionibus exhiberet, prima nominis ſyllaba editorem, vbi vero hae duae editiones lectionem aequalem exhiberent a textu diuerſam, eam adpoſita prima nominum litera R. R. notarem. Caeterum in omnibus locis, vbi lectio a textu aliena notata eſt, lectiones ex libris ſcriptis primum, ex impreſſis vero alterum locum tenent, quod ob notarum ſimilitudinem notandum eſt, inprimis ob varietates ex libro ſcripto editoque Lipſienſi notatas. Vbi impreſſa exemplaria lectionem tantum variam exhibuere, ſigno titulus editionis ſemper additus eſt.

Copio-

Copioſiſſimae, quas textui et lectionum varietati ſubieci, notae ſunt, eaeque in immenſam increuiſſent molem, ſi omnia ex interpretibus addidiſſem. In delectu notarum hoc vbique ſeruaui, vt eas tantum adderem, quae poetam vere illuſtrarent, non locis poetae lucidis et intellectu cuique facilibus, ſed obſcuris, lucem adfunderent, in iisque, quae praeciſis verbis omnia ad poetam illuſtrandum continerent, his vbique praetuli, quae fuſa dictione res explicatu parum dignas explicarent. Ex *Ioannis Caeſarii*, *Georgii Pictorii*, *Roberti Conſtantini* et *Pithoei* notis quasdam tantum elegi breuiſſimas vtplurimum, ſigno ſuo facile cognoſcendas. Vberiorem notarum materiem *Hummelbergii* commentarii praebuerunt doctiſſimi et ad *Serenum* illuſtrandum inprimis vtiles, quas ſuo ſigno diſtinctas aequus lector facile cognoſcet. Ex iis haec in primis loca illuſtraui, quibus ab iis, qui ante et poſt *Hummelbergium Sereno* operam dederant, parum aut nihil lucis adfuſum erat.

Magna notarum pars ex *Keuchenii* notis et emendationibus ad *Serenum* deſumta eſt: ſed in iis eligendis maxima cura et ſedula attentione opus fuit, partim ne ab aliis tractata et a *Keuchenio* furtim pro ſuis vendita, quorum pars admodum magna eſt, vano et irrito penitus labore retractarentur, partim vt errores

copi-

copioſiſſimi, a *Keuchenio*, homine in antiquitatis ſtudio admodum mediocriter verſato, vitarentur, et vbi neceſſarium viſum eſt, corrigerentur, partim vt omnia iſta ſuperflua, vana, quibus ex vniuerſa antiquitate *Serenum* illuſtrare adniſus eſt, quae vero auctorem aut obſcurum reddunt, aut ſaltim ad interpretationem non faciunt, et quibus ex *Sereno* antiquitatis partem illuſtrare tentauit, penitus omitterentur. Quibus omnibus rite obſeruatis notarum ſuarum eius trigeſima forſan pars digna habita eſt, quae editioni meae ſubiungeretur.

Eadem fere in PETRI BVRMANNII doctiſſimis notis obſeruaui. Bona ſeruaui, male, inutiliter, non adpoſite ſatis dicta, omnia, quibus *Keuchenium* confutauit, plagia ab hoc homine commiſſa demonſtrauit, quibus doctiſſimus vir errores, ex medicinae, cui parum ſtuduit, antiquae ignorantia, commiſit, quibus non *Serenum*, ſed alios auctores, ad *Serenum* non facientes, illuſtrauit, omiſi, multa autem ſeruaui, boni enim plurimum, mali parum doctiſſimae viri optimi lucubrationes continent.

MORGAGNII labores, quos in Sereno illuſtrando inſumſit, quum ſummam doctrinam, ſagacitatem et induſtriam prodant, ex epiſtolis in *Serenum* omnia, illuſtrando poetae noſtro vllo modo idonea ſtudioſe excerpſi. Vſus

Vſus autem ſum editione Pataviana, quae anno 1750 vna cum *Celſi* et *Sereni* editione Vulpiana, vna cum epiſtolis in *Celſum* coniunctim prodiit.

KEVCHENII notae ſigno K. MORGAGNII M. BVRMANNI B. meae autem A. diſtinctae ſunt. Quae adieci, ad lectionem a me receptam confirmandam et ad poetam illuſtrandum faciunt. Ad fontes praecipue, ex quibus poeta ſua hauſit, redii, eosque omnes ſtudioſe citaui. Caeterum in notis parcus, quantum vllo modo fieri potuit, fui, ita vt laborum meorum partem maximam textui recenſendo et lectionum varietati recte conſtituendae, magnam notis doctorum virorum eligendis, praecidendis et in anguſtius ſpatium redigendis, minimam vero in notis ex propria penu hauriendis impenderim.

Caeterum doctiſſimis viris, qui libros ſcriptos impreſſosque, quibus deſtitutus eram, mihi ſuppeditarunt, ſine quorum adiumento *Serenus* meus incomtior et parum ſerenus prodiiſſet, HEYNE, *V. Ill.* GRVNERO, *V. Ill.* praeceptoribus meis, dum viuo, pie colendis, SCHLAEGERO, *V. Ill.* LESKE, *V. Ill.* BLVMENBACHIO, *V. Cl.* REIZIO, *V. Cl.* FRANZIO, *V. Cl.* publicas meritasque omni modo perſoluo gratias.

Qui

Qui autem mei in *Quintum Serenum* labores ſi Tibi non penitus diſplicuerint, *beneuole lector*, laborum meorum partem edendis ſcriptoribus aliis de medicamentis comparatu facilibus impendam. Dabam Zeulenrodae, d. XXX. menſ. Iun. MDCCLXXXV.

QVINTI

QVINTI SERENI SAMONICI
DE
MEDICINA
PRAECEPTA SALVBERRIMA.

CAPVT I.
Capiti medendo.

Membrorum ſeries certo deducta tenore

Vt

de med. praecepta. Varia carminis in libris ſcriptis et impreſſis eſt inſcriptio. Nos antiquarum optimarumque editionum *Conſtantini, Keuchenii*, *Burmanni* inſcriptionem ſeruauimus. (In codice Regio erat: *Incipit liber hexametricus de medicina Q. Sereni. B.)* *Riuinus* de re medica ſiue morborum curatione carmen inſcripſit, *Ranzouius* alterum *Macri* librum de medicamentis totius corporis humani dixit. Non eſt, quod in hac re diu haereamus, quum, ſi et antiquiſſima teſtimonia deſint, argumento ſaltim maxime conueniens carminis inſcriptio ſit. *A.*

Capiti med. Differunt in capitulorum inſcriptionibus admodum libri ſcripti editique. Caput primum *Ranzouius* et *Riuinus* ad capitis dolorem inſcripſerunt, alii aliter. Videntur capitulorum tituli ipſo carmine recentiores eſſe. *A.*

1. *Membrorum.* Ita *Conſtantinus*, *Ranzouius*, *Keuchenius*, alii. Alii tribus primis verſibus vltimum in prooemio locum dederunt, poſt: *Firmaſti* — Alii verſibus *Phoebe* — *Firmaſti* prooemii nomen dederunt, tresque primos verſus capitulo: *Balſama ſi* — praefixerunt. Conuenit ſane carmini, quod et *Morgagnius* Epiſt. in Ser. I. pag. 246. probauit, primum materiam ſeu argumentum proponere, deinde numen inuocare ac materiam denique propoſitam pertractare. Putat quidem *Burm.* aliquid materiae quarto, qui vero illi primus eſt, verſu, quo *ſalutiferum* poeta *carmen* ſuum dixit, propoſitum eſſe, verum hoc ſubtile nimis eſt. Ortae ſunt hae difficultates a capitum inſcriptionibus, eaedemque oborirentur, ſi georgica *Virgilii* aut alia carmina tali modo dilacerare liceret. *A.*

deducta — tenore. recta conſtitutio corporis humani. *K.* Firmitatem dixerim. cf. v. 306.

Vt ſtet, nam ſimilis medicinae defluit ordo,
Principio celſa de corporis arce loquamur.
Phoebe, ſalutiferum, quod pangimus, adſere carmen,
Inuentumque tuum promto comitare fauore.
Tuque potens artis, reducem qui tradere vitam
Noſti,

2) Vt ſtet, conſimilis. *Cod. Collin. Lipſ.* vt ſtet, aſſimilis med. defluit ordo. *Cod. Put.* vt ſtet, et adſim. *Conſt. Riu. K. B.* 3) arte loq. *Cod. Leid. K.* 4) pandimus. *Cod. K.* 6) pot. artus. *Cod. Vrat. Riu.* artes. *Cod. K.* reduces qui tr. vitas. *cod. et edit. plures.* reduces quae tradere vitae Nouit. *Ald.* reduces qui tr. vitae. *Riu. B.*

306. 995. *A.* de voce deducere vid. ad *Ouid.* Amor. IV, 7. de tenore ad epiſt. XV, 49. *B.*

2. *nam — ordo.* Hanc lectionem ex *Ranzovio* recepimus. Legunt probatiſſimae edit. *et adſimilis m. defluat o.* quae lectio non penitus reprehendenda eſt. Placuit tamen Ranzoviana, veteres enim medici morbos, a capite ad alias partes deſcendendo, pertractabant. *A.*

4. *Phoebe* — Apollinem inuocat. v. *Ovid.* Metam. I, 521. *Hummelb.* In *cod. Lipſ.* hic verſus cum ſequentibus inſcriptus eſt: *Oratio auctoris libelli. A.*

6. *Tuque pot.* Mire torſit hic locus interpretes, tam ob varias lectiones, quam ob ipſam vulgatarum lectionum difficultatem. Ego *Ranzouii* lectionem recepi cod. MS. auctoritatem habentem, adeoque aliis non ſecundam, facilem, antiquitati et carmini reſpondentem. *K.* et *B.* hunc locum ita legunt:

Tuque potens artis, reduces qui tradere vitas (vitae *K.*)
Noſti, atque (et *K.*) in coelum manes reuocare ſepultos.

Quae plurium *cod. MS.* lectio ſine dubio vera foret, ſi antiquiſſimis temporibus et hoc *Aeſculapio* tributum fuiſſet, *quod ſepultos manes in coelum reuocaret.* Cuius vero officii quum nulla apud veteres occurrat mentio, quodſi et *reduces qui tradere (reddere) vitas*, aut *vitae* legere velis, manebit tamen, quam ex *Ranzovio* pariter recepimus, ſeptimi verſus lectio. Vitam enim *Aeſculapium* defunctis reddidiſſe veteres referunt. Plura de *Aeſculapio* ex priſcis monumentis collegit *Dan. Vinck* in amoenit. philolog. medic. p. 26. cf. quae in *Baldingeri*, V. Ill. *neuem Magazin für Aerzte* B. I. S. 219 ſeq. hac de re a nobis, in epiſtola noſtra in Serenum dicta ſunt. *A.*

7. *Noſti*

Noſti, ſeu coelo manes reuocare ſepultos,
Qui colis Aegeas, qui Pergama, quique Epidaurum,
Qui quondam placidi tectus ſub pelle draconis
Tarpeias arces atque inclyta templa petiſti,
Depellens tetros praeſenti numine morbos:
Huc

7) Noſcis. *cod. Leid. Humm.* noſti, et *Cod. Wolph.* noſti, atque in coelum. *Cod. Vrat. Collin. ed. Venet. Ald.* noſcis, et in. *Cod. Leid. ed. Humm. Conſt.* 8) Aegiam. *Cod. K. Conſtant.* Aegeum. *Ald.* Ogygias. *Cod. Paderb.* Epidamnum. *Cod. K.* 9) placita. *Ranz.* placida. *Cod. Paderb.* 10) indita templ. *Cod. K. Pith.* tecta. *Hummelb. Riu.* 11) praeſtanti n. *Cod. K.*

7. *Noſti* — placet mihi *noſcis*, prae illo, quod *Tornaeſ.* et *K.* editio *noſti et in*, quod legi paediae vim facit. *B.*

8. *Aegeas.* In meo codice: *Aegiam*, *την αιγειαν*. Exinde fortaſſe *Turnebus* coniiciebat ex *Ariſtoph.* in veſp. *διεπλευσεν εις αιγιναν.* ad verſ. XVII, 9. *K.* *Aegeas* puto eſſe veram lectionem, quam omnes exhibent, praeter Aldinam. Bene vero *Hummelb.* capit de vrbe Ciliciae, vbi fuit nobile templum *Aeſculapii.* vid. *Philoſtr.* in vita Apollon. I, 7. et vit. Soph. I. IV, 1. *B.* De templis *Aeſculapii* Pergameno et Epidaurio cf. *Schulze* hiſtor. medicin. p. 120. 123. *A.*

9. *placidi.* Ita ex antiquis exemplaribus reſtituimus. Mite enim fuit ac *placidum* ſerpentum ſiue draconum genus, quod Epidaurus nutriebat. cf. *Pauſan.* deſcr. Graeciae. pag. 175. Certe et id poeta reſpexit, quod, vbi cultus *Aeſculapii* in alium locum transferretur, draco placidus, hoc eſt, neminem laedens, cuius formam *Aeſculapius* ſubiiſſe dicebatur, ſemper translatus fuerit. cf. *Valer. Max.* I, 93. *Florus* Epit. Liu. XI. *placida pelle B.* quidem magis poeticum eſſe dicit: Cadmo tamen et vxore in ſerpentes mutatis, hominesque nec fugientibus, nec laedentibus, *Ouid.* Met. IV, 603. dicit: quidque prius fuerint, *placidi* meminere *dracones.* Effigiem draconis ex antiquiſſ. cod. MS. dat *Neſſelius*, ex eoque *Schulze* in hiſtor. medic. I, II, 4. p. 136. *A.*

10. *Tarpeias.* de cultu Aeſculapii Epidauro Romam translato poeta loquitur. *A.*

templa. Templa et tecta ſaepius permutantur, vt ſaepe dubii haereant interpretes. *Indita* ex librariorum errore et permutatione cl in d. — *B.*

Huc ades, et quicquid cupide mihi ſaepe roganti
Firmaſti, cunctum teneris expone papyris.
Balſama ſi geminis inſtillans auribus indas,
Tum poteris alacrem capitis reparare vigorem:
Vel quae ſeptenis cenſentur gramina nodis

Vtiliter

12) perquid cupido. *Cod. Reg. Pariſ.* cupido. *Cod. et edit. plures.* cupito. *edit. Venet. Lipſ.* rogatus. *Cod. Vrat. alii.* loquutus. *Hummelb.* 13) F. nunc tu. *Cod. K. Conſt.* 14) naribus i. *Cod. K.* addas. *Cod. et edit. plures.* 15) tunc p. *Cod. Paderb.* tu p. *Cod. Vrat.* reparare laborem. *Cod. Leid.*

12. *cupide.* Lectiones admodum variant. *Cupide* probauit *Dan. Heinſius*, vir magnae auctoritatis. *A.* Pro *firmaſti* malit aliquis *dictaſti*: ſed quia *ſaepe* praecedit, videtur reſpicere ad ſolemnem locutionem: *firmare omen.* Deinde longum vſum et experientiam poteſt hoc verbum indicare, quo firmantur remedia dari ſolita laborantibus. *B.*

14. *Balſama.* Praegreſſis verſibus in *Cod.* et *edit.* plurimis prooemii titulus praefigitur, capitis autem primi titulus verſui 14. *A.*

Balſama. Opobalſamum intelligit poeta, de quo *Galenus* ad Patern. ſcribit c. 281. — *Pictor. Balſamum* balſaminum oleum eſt, ſucus, qui auribus inditur. cf. *Lamprid.* in *Heliogab.* Balſamum de arbore, opobalſamum de lacryma, ſiue ſuco intelligitur. — Apud *Serenum* quum balſama praeſcribuntur, de oleo balſamino eſt intelligendum. — *K.* Opobalſamum intelligendum eſt, non incertum illud balſaminum oleum. Diſtinguitur quidem balſamum exacte ab opobalſamo a *Dioſcoride*, ſed totum pro parte poetae frequenter ponunt. Videtur adeo opobalſami vox veteribus ignota fuiſſe, *lacrymam balſami Theophraſtus* hiſt. pl. IX, 6. opobalſamum certe appellat. Laudatur ad capitis dolores opobalſamum capiti illitum ab *Alexandro* I, 10. *A.*

indas. Plurimi *addas* legunt. Indas *Riuinus* habet, quod magis quadrat. Ego certe pro *auribus, naribus* legere mallem; capite enim diuturno, de quo hic poeta loquitur, dolore adfecto, veteres rariſſime auribus, frequentiſſime naribus, inſtrumentis, quibus cerebrum purgaretur, medicinas adhibebant. *A.*

16. *vel — nodis.* Polygonum intelligit a geniculorum frequentia ita dictum. *Apuleius*

Vtiliter nectes, vel corno ex arbore ſertum:
Pulegiumue potens vna ſuper aure locabis,
Aut illud mixto recoquens clementer aceto
Cauta nare trahes, ſeu viſco lintea nexo

Induces

17) V. nectis. *Cod. K. Lipſ. Ald. Conſt.* vectis. *Tornaeſ.* arb. fructum. *Conſt. in marg.* 18) pulepſiumue. *Cod. Paderb.* 19) coctum clementer *Cod. Lipſ. Tornaeſ.* recoquas. *Cod. Putean.* 20) caute. *R. R.* aut a n. tr. *Cod. Leid. Vrat. Hummelb.* l. iuncto. *Cod. Lipſ.* ſplenia n. *Riu. Conſt. marg.* ſplendentia nexo, tecto. *Cod. Leid. ed. vet.* l. nocte. *Cod. Voſſ.*

leius de herb. virt. XVIII. Plin. XXVII, 12. *Pictor.* Plin. XXIV, cap. vlt. *quod e graminum genere ſeptem internodia habet efficaciſſime capiti contra dolorem adligabis. Conſtant.* Polygonum frequentes nodos habet. (cf. Dioſc. IV, 4.) quod ſi intelligi debet, ſeptenarius numerus, poetico more, pro infinito ponitur. cf. *Brockh.* ad Propert. III, 6. *B.* Tale polygonum poeta praecipit, quod ſeptem internodia habet, numero ſeptenario, ceu ſacro, vires medicatas occultas adſcribens. *A.*

17. *corno.* ex *Dioſc.* m. m. I, 73. *A.*

18. *Pulegiumue potens.* Sic paſſim *Serenus. Marcellus Vindicianus:*

> Pulegiumue potens, nec non et lene cyminum. *K.*

Ita *potentes* herbae validae et pollentes paſſim dicuntur. v. *Virg.* Aen. VII, 19. *Ouid.* Met. IV, 49. et ita paſſim tam in medicina, quam in magicis. De pulegio et aliis herbis auribus imponendis vid. *Io. Rhod.* ad Scribon. c. 163. *B.* Laudauit *Scribonius* pulegium ad memoriam firmandam, *Apuleius* ſuper aurem aut ſub annulo portatum ad frigoris aut aeſtus vim a capite arcendam. Locus princeps eſt apud *Plinium* XX, 14. De pulegii ad capitis dolorem apud veteres vſu conf. *Conr. Geſner* ad *Dioſc.* euporiſt. I, 1. *Potens* idem forte quod efficax. *Pantagathon* a poetis pulegium dici *Apuleius* 92. notat. Herbis tamen, quibus in magicis vſus eſt, epitheton *potens* in primis conuenit. *A.*

19. *clementer.* eleganter poetae dicunt *curtis* ignibus. *K.* Talem clementem ex pulegio decoctionem laudat ad cephalaeam *Alexander.* I, 11. *A.*

20. *ſeu viſco.* v. Plin. XX, 14. vbi *Sereni* mens exponitur. *Coronam* vocat. Etiam ad capitis dolorem emplaſtra, quae adhibentur, et vinciendo circumducuntur,

 Splenia

Induces fronti, ſeu tritae gramina menthae.
Spongia cum tepidis adnexa liquoribus imbris
Profuit, aut hedera ex oleo decocta vetuſto.
Profuit et cochleis frontem tractare minutis.
Si nocuit cerebro violentia ſolis aperto,
Saepe chelidonia ex acido perducta liquore
Sanauit,

22) innixa l. *Cod. Paderb.* 23) profuit, aut hedera frontem tractare minutis. *ed. Lipſ.* proderit. *Ranz.* colata vet. *Cod. et edit. pl.* collecta. *Cod. Voſſ.* 24) profuit aut. *Ald.* 25) aperte. *Cod. Reg. Pariſ.*

Splenia vocantur. vid. *Plin.* XXIX, cap. vlt. *Dioſc.* III, 103. de viſco: — *εν σπληνιῳ ιαται.* Inducere fronti eſt circumducere vinciendo frontem. *K.* Non aliter adhibuere veteres viſcum, niſi inductum linteis, aut aluta. Locus princeps eſt apud *Scribon.* quem et *B.* allegauit, cap. 229. *Viſcum quam plurimum colligere oportet, eumque cum cinere lixiui diutius terere et aluta inductum imponere. A.*

21. *gramina m.* Dioſc. III, 41. *Capitis dolores ſedat fronti impoſita. K. Gramina*, folia, omne id, quod in plantis viret. *A.*

22. *imbris* pluuiatilem aquam intelligit. v. *Io. Rhod.* Lex. Scrib. *B.*

23. *hedera — vetuſto.* Plin. XXIV, 10. *Conſt. Dioſc.* ſimpliciter habet: *cum oleo ſanat.* Vetuſto tamen virtutes calefacientes et diſcutientes maiores, veteres adſcripſerunt. *K.* Solitum erat veteribus medicis oleo, inprimis roſaceo, variarum herbarum calefacientium ſucos cum aceto infundere talemque medicinam ad capitis praeſertim dolores commendare. cf. *Dioſc.* Euporiſt. I, 2. *A.*

24. *cochleis.* Plin. XXIX, 6. *Capitis doloribus remedio ſunt cochlearum, quae nudae inueniuntur nondum peractae, ablata capita, ex his lapidea duritia exemta, (eſt autem calculi latitudine) quae adligantur et minutae fronti imponuntur tritae.* Quae verba *το tractare* ſatis exponunt. *K.* *Tractare* eſt leniter et tractim tangere et fricare, vt v. 253. vid. *Barth.* ad *Statii* thebaid. III, 153. *B.* In edit. R. R. hic verſus deeſt, quartumque in altero capite locum occupat. *A.*

25. *cerebro.* nudo capiti.

26. *chelidonia.* chelidonium minus intellexiſſe videtur,

Sanauit, proſunt et amica papauera ſomno,
Si prius in lento madefacta coquantur oliuo.

28) quam prius. *Cod. K.* ſed prius. *Cod. Reg. Voſſ.* labefacta terantur o. *R. R.* terentur. *plures.* terantur. *Cod. Paderb.*

tur, cuius ſucus e radicibus inprimis expreſſus humores a capite deriuare dicitur. conf. et *Dioſc.* Euporiſt. I, 3. *Acidus liquor* acetum eſt. *A.*

perducta. peruncta ab interpr. exponitur, nempe ex aceto per caput, illita, adligata, vel alio modo applicata. *B.* Perducta hic idem eſſe, quod contrita et illita, *Apuleii* locus LXXIII, 5. indicat: *Herbam chelidoniam ex aceto contritam illinito fronti et capiti. A.*

28. *Si prius* — Lentum oliuum rhodoleum eſſe voluerunt *Pictorius* et *K.* quod vero falſum eſt. Oliuum enim apud poetam noſtrum idem quod oleum eſt. conf. v. 51. et ad hunc locum alium ex *Plinio* eum illuſtrantem XXX, 15. Lentum oliuum oleum vetuſtum ac pingue eſt, quod veteres medici ad externa medicamenta maxime amabant. Commune oleum *Dioſc.* I, 30. ad vſum medicamentorum eo aptius eſſe putat, quo vetuſtius ac pinguius ſit. — *A.*

 CAPVT II.

CAPVT II.

Hemicranio medendo.

Portio ſi capitis morbo tentetur acuto,
Allia diuerſam, lana conteſta, per aurem

Induſta

30) Alia. *Cod. Reg.* Allia diuiſa l. conneſte per a. *R. R.*

Cap. II. Hemicranio. minus latinis vſitatum. Inſcripſere *R. R.* capitulum: *ad hemicraniam. A.*

29. *Portio.* dolorem dimidiae capitis partis poetam intellexiſſe, ex inſcriptione capituli patet. Portio tamen et ſic intelligi poteſt, vt hoc nomine omnes capitis dolores partes tantum capitis occupantes intelligantur. *A.*

tentetur. Verbum in morbis proprium, docente *Io. Rhodio* in Lex. Scribon. Ita et *Sueton.* in Aug. 81. *Initio veris praecordiorum inflatione tentabatur. B.*

morbo acuto, vehementi, intenſo; conſtat enim, hemicraniam morbum eſſe homines tam vi, quam diuturnitate ſua, peſſime exercentem. Non itaque hoc in loco ſub acuto morbo talis intelligendus eſt, *qui celeriter*, vt cum *Galeno* Comm. I. in VI. Hipp. Epid. 29. p. 609 edit. Baſil. 1549. loquar, *ſua pertranſit tempora*, aut qui ad vigorem celeriter peruenit, aut cum febre iunſtus plurimos necat. Rarum vero ac paene inuſitatum eſt, morbum ob maximos dolores moleſtum ac longiſſime ſubinde durantem a medico poeta noſtro acutum dici. cf. *Foeſ.* in oecon. Hipp. ſ. v. *ὀξυ. A.*

30. *Allia. Diuerſus* ſaepe pro oppoſito, contrapoſito ſumitur, quae hic poetae mens eſt. v. *Tacit.* vit. Agric. XXXIII. et *Gronou.* ad eand. c. II. *B.*

Allia lana conteſta. Legunt, nec abſque iure forſan, *R. R. allia diuiſa lana conneſte per aurem;* eſt enim inprimis in allii vſu, cui et veteres plurimas mirasque virtutes adſcripſerunt, poeta noſter admodum ſuperſtitioſus. Commendarunt tamen et alii allii ſucum. Sic carmen, quod ſub *Macri* nomine circumfertur, cap. 5.

Anſeris huic *(allio)* adipem iungas tepidumque dolenti
Infundas auri, praeclare ſubvenit illi. *(capitis dolori.) A.*

32. *Allia*

Induҩa proſunt, et eodem balſama paҩo:
Allia vel ternis piperis terna addita granis
Trita lines, certam dabit haec tibi cura ſalutem.

32) ter dena addita grana. *Cod. Putean.* Aut oleo tetri piperis tria ſubdita grana. *cod. Leid.* tria addita. *ed. vet.* 33) linis. *Cod. Reg. edit. Lipſ. Caeſar.*

32. *Allia vel ternis.* Hoc ex medicina ſuperſtitioſa veterum, qua impar numerus ad curandum auſpicatus cenſebatur. — De numeri ternarii ſuperſtitione omnia obvia et nota. Noſter ſaepe, vt capite 49. tres cimices praeſcribit, et ibidem tribus digitis apprehendendum ſemen anethi, vbi vid. notata. *B.*

33. *certam dabit cura ſ.* Curam eſſe ipſam medicamenti applicationem, docet *Barth.* ad *Gratiani* cyneget. 368. et ita paſſim in hoc opere et apud quosuis ſcriptores, licet Donatus ad Terent. Eun. II, 3. diſtinguat, vt cura ſit mentis, curatio medicinae. Sed ſcriptores haec non obſeruare ſolent. *B.* Loquitur noſter de medicina, cuius vim ipſe ex exemplis didicerat. Idque probat, quod medicinam vel ipſe exercuerit, vel ſaltim amauerit. *A.*

 CAPVT III.

CAPVT III.

Porrigini depellendae.

Eſt inſenſibilis morbus, ſed noxia forma,
Quum caput immenſa pexum porrigine ningit,
Copia farris vti frendentibus edita ſaxis.
Hanc poterit maluae radix decocta leuare,
Aut tu foeniculum, nitrumque et ſulphura viua
Contere,

34) et i. *Ranz.* ſed noxius f. *Cod. Vrat.* formae. *Cod. Lipſ. Ald.* 35) rarum p. n. *Cod. Vrat.* prurigine. *Cod. Putean.* iungit. *ed. Venet.* 36) frangentibus. *Conſt. marg.* frondentibus. *Cod. Leid. Lipſ.* eruta ſaxis. *Cod. K.* 37) d. lauare. *Cod. Reg.* 38) vitrumque et. *Cod. K.*

Cap. III. Porrigini. R. R. habent ad porriginem capitis. In cod. Leidenſi erat hoc loco cap. VI. de prurigine. *B.*

34. *noxia.* Pro ſubſtantivo habet *B.* idemque ſignificare, quod damnum, labes, eamque ob cauſſam *formae* legit, ſed haec mutatio nulla fundamenta habet. Noxium idem hic ſignificat, quod foedum, deforme, recte monente *Hummelbergio. A.*

35. *Quum caput* etc. *πιτυρισμα, πιτυριασις* Graecor. vid. *Celſ.* VI, 2. *Horat.* II. Sat. III, 125. *caput impexa foedum porrigine. B.* Porrigo eſt, vbi tenuia et furfuracea corpuſcula ex capitis ſuperficie reſoluuntur. *A.* — *Ningit,* niuis inſtar immenſa iſta porriginis copia decidit. *A.*

36. *copia farris. Frangentibus* et *frendentibus* non male legitur. Ratio enim molendi alia eſt, dum ſuſpenſa mola fruges *frangimus*, alia, dum lapis lapidem terit, quod *frendere* veteres vocarunt. De eo, quod frangere fruges dicitur, vid. Lucret. I, 880. Virg. Aen. I, 183. Georg. I, 267. *K. Lucretius* et *Virg.* de his, quae *K.* profert, parum habent. Sufficit, *Serenum* porriginem cum farre ſaxis comminuto comparaſſe. *A.*

37. *maluae r. Dioſc.* II, 144. *πιτυρα ιαται.* Sic Latini furfurem et porriginem pro eodem adfectu ſaepe ponunt. cf. *Plin.* XX, 19. *K.*

38. *ſulphura.* His cum nitro mixtis veteres magnas ad cutaneos adfectus vires adſcripſerunt. *παυει τȣς καθ᾽ ὁλον το σωμα κνησμȣς συν νιτρῳ σμηχωμενον. Dioſc.* V, 124. Viuum ſulphur *απυρον Dioſc.* eſt. *K.*

39. *con-*

Contere, deinde caput permiſtis obline cunctis:
Furfuribusue nouis durum miſcebis acetum,
Vt varios crines tali des vnguine puros.
Prodeſt et tarda demtus teſtudine ſanguis,
Et prodeſt cedro demiſſus ab arbore ſucus.
Deſinet interea glomerari farrea nubes,
Ceſſabitque grauis crebrae porriginis imber.

39) ablue c. *plures*. 40) ſulphuribusue. *Cod. Voſſ.* 41) tali de ſanguine cures. *Cod. Leid. Voſſ.* tali de ſanguine purges. *Cod. Lipſ.* 42) tarta. *Cod. Reg.* 43) dimiſſus. *Cod. Lipſ.* 44) deſinit. *K.* ferrea. *Cod. Voſſ.* 45) pruriginis. *Cod. Leid.*

39. *contere* — *obline.* Sic libri meliores. v. *Plin. Valer.* I, 4. *B.*

40. *Furfuribus nouis.* Nouiter increſcentem porriginem interpr. male intellexerunt, aceto praeualido curandam: ſed noui furfures ſunt, qui a mola recenter editi mucorem nondum paſſi ſunt. *A.*

durum acetum. acerrimum. *Conſt.* cf. *Turneb.* aduerſ. 18. Alibi praeualidum vocat, acidum, ferum. Durum et de vino veteribus dictum. *K.* v. *Io. Rhod.* ad Scribon. 185.

41. *varios.* Eleganter. Sic *varius* eſt porriginoſus. *K.* *Varios*, quorum color a furfuribus adhaerentibus varie mutatus eſt. *Variam frontem* ex elephantiaſi dixit poeta v. 143. — *Vnguine*, vnguento. *A.*

42. *tarda.* Ob varietatem *cod. Reg.* Heinſius malebat *torta*, turta, ſed tarditas teſtudinis ſatis nota. *B.*

43. *cedro dimiſſus* fere idem eſt, placet tamen magis: *demiſſus. A.* Libri mendoſi loco *cedro* cerebro legunt, ſed male. *Sucum* vocat, quem alii picem, ſanguinem alii. *K.* De cedria, an pix aut reſina ſit, vid. *Bodaeum* ad Theophr. IX, 2. *Sucum* cedri ſaepe vocat Noſter. *B.* Picem non intellexiſſe videtur, ſed reſinam, quam cedrus arbor demittit. *A.*

44. *farrea nubes.* farinacea, ob porriginis formam. *A.* *Nubes* eadem metaphora, vt nubes telorum. Ita et imbrem de iisdem telis dicunt. v. *Heinſ.* ad Claudian. Conſul. Olybr. 45. *B.*

45. *Imber.* Elegantiſſime, ſi ſquamas copioſiſſime deciduas et farream nubem cogites. *A.*

CAPVT IV.

CAPVT IV.

Capillo tingendo.

Quos pudet aetatis longae, quos ſancta ſenectus
Offendit, cupiunt properos abſcondere canos,
Et nigrum crinem fuco ſimulare doloſo,
His prodeſt acri contrita cupreſſus aceto,
Vel frons lentiſci, vel triſtia poma Sabuci:
Lumbrici quoque terreſtres miſcentur oliuo
Et iuuenem praeſtant rediuiuo flore capillum.

Praeterea

47) proprios. *Humm. Ranz.* 48) ſuco. *Humm.* fuſco. *Cod. K.* 50) ſambuci aut tr. poma. *Ranz.* 52) iuuenem reparant. *Ranz.*

47. *properos. proprios Hummelb.* explicat de proprio ſenibus capillo albo. *Properos*, h. e. celeres, qui legitimum ante tempus ſenes apparere faciunt. Sed ſi iam ſancta ſenectus offendit, non poſſunt properi dici cani: itaque haereo, niſi (quae poetae mens vtique eſt. *A.*) properos capiamus pro nimis properos, contra voluntatem ſenum nimis cito prouenientes, qui diu volunt videri iuuenes. *B.*

48. *fuco.* humore inficiente, ſ. colore. *Hummelb.* De cupreſſi foliis *Dioſc.* I, 103. συν οξει λεαωθεντα τριχας βαπτει. *K.* *Fuci* vocem cum τω *ſuco* librarii millies commutarunt, facillima aberratione, quia *fucus* ſemper ſcribebatur olim, et ſcribi debet. vid. *Drakenb.* ad Sil. Ital. VII, 169. *B.*

50. *triſtia.* Sambuci baccae. v. Plin. XXIV, 8. *Pictor. Triſtia* auſtera, acerba *Hummelb.* explicat, ſed ob obſcurum colorem baccae *triſtes* ſine dubio dictae. *A.* In *Cod. K.* hic verſus non erat, videtur tamen genuinus. v. *Dioſc.* IV, 165. *K.*

51. *lumbrici.* Plin. XXX, 15. In edit. *Riuin.* hic verſus, genuinus vtique, deeſt. *A.*

52. *flore.* capillorum radice refloreſcente. *Hummelb.* Flos eſt nitor, pulchritudo. v. *Seru.* ad Aen. VII, 804.

54. *reſina.*

Praeterea niueum poterit depellere crinem
Reſina ex facili cera viſcoque coacta.
Ad rutilam ſpeciem nigros flaueſcere crines,
Vnguento cineris praedixit Plinius auctor.

Si

53) depellere vultum. *Cod. Put. Reg.* 54) facta cera. *Cod. K.* terra. *Cod. Leid. Humm.* reſ. et ex. *Cod. Lipſ.* 55) in pulchram ſp. *Hummelb.* ferueſcere. *Cod. K.* 56) ciceris. *Hummelb. Riu.* Tullius a. *cod. et edit. omnes.*

54. *reſina.* de variis veterum reſinae ſpeciebus vid. *Dioſc.* I, 93. Pro *facili cera*, facta *K.* legere mauult, quae tractatione eo deueniſſet, vt alba euaſerit, ſuamque ſententiam e Graecis haud ſatis apte illuſtrat. *Facta cera* enim ipſi ea eſt, quae a Graecis *κηρος τρακτος* dicta. Sed magis placet recepta lectio, quae in omnibus cod. et edit. eadem eſt. Pro *cera terra* legit *Hummelberg.* quae lectio receptae fere praeferenda eſt; terram enim Creticam ſiue cimoliam *Alexander* I, 3. et *Aetius* II, 2. 58. ad capillos tingendos laudant, hisque terris aliisque, quas *Hummelberg.* commentario illuſtrauit, apud veteres ad corporis nitorem magnus vſus fuit. *Coacta* in vnum redacta. vid. *Rhod. lex. Scribon.* Poſſet etiam hic verſus tali modo intelligi, vt poeta reſinoſum corpus ex cera viſcoque terendo inter ſe mixtis coactisque commendauerit, reſinaque poetae medicina ſit e cerae viſcique connubiis producta. *A.*

55. *Ad r. ſp.* elegans loquendi genus. Flaui crines prae caeteris affectabantur. *Cato: mulieres noſtrae cinere capillum vngitabant, vt rutilus eſſet crinis. K.* de flauis crinibus v. *Salmaſ.* ad *Tertull.* de pallio. p. 352. *Iunium* de coma. c. 9. *Brockh.* ad *Tibull.* I. VI, 8. et nos ad *Ouid.* ep. XX, 57. et III. art. amat. 163. *B.* De rutilo colore locus eſt apud *Gellium Serenum* inprimis illuſtrans. *Fuluus et flauus et — rutilus appellationes ſunt rufi coloris, aut acuentes eum, quaſi intendentes, aut cum colore viridi miſcentes, aut nigro infuſcantes, aut* virenti *ſenſim albo illuminantes,* etc. *A.*

56. *cineris.* fiebat id genus ex fecibus vini in cinerem redactis. Antiqui *foeculam* vocabant, condimentum acrimoniam habens, ad inſtar lixiuii ſarmentorum. *Trallianus* L. XVI. *φεκλην* exponit

Si praegnans artus captiui ſoricis edit,
Dicuntur foetus nigrantia lumina fingi.

57) edat. *Cod. Paderb.* 58) tingi. *Wolph. Hummelb.* l. muri. *Cod. K.*

ponit τρυγιαν οινȣ κεκαυμενην. *K.* Locus princeps, in quo cineris vnguentum parandi modus traditur, apud *Dioſc.* V, 132. eſt. *τρυξ κεκαυμενη — μετα σχινινȣ ἐλαιȣ συγχρισθεισα νυκτα ὁλην, ξανθας ποιει τας τριχας. A.*

Plinius. Omnes cod. legunt *Tullius*, in editione tamen Aldi filiorum docta manus correxerat: *Plinius auctor.* Certe ſcribarum vitio *Tullius* in textum receptum eſt; *Plinius* enim XXIII, 2. de aceti faece cremata dicit, *eam vires ampliare, additoque lentiſcino oleo, illitam vna nocte capillum ruffare.* Ex quo loco *Keuchenius* corrigendus eſt, qui cineris vnguentum e vini faecibus crematis paratum eſſe dicit. *A.*

57. *Si praegnans. Plin.* XXX, 15. *Si oculi nigri naſcentium placent, ſoricem praegnanti edendum exhibe. Pictor.*

CAPVT V.

CAPVT V.

Phthiriaſi arcendae.

Noxia corporibus quaedam de corpore noſtro
Progenuit natura, volens abrumpere ſomnos,
Senſibus et monitis vigiles incendere curas.
Sed quis non paueat Pherecydis fata tragoedi,
Qui

60) praegenuit. *Cod. Reg.* abr. ſomnos ſenſibus. *Ald. Hummelb.* 61) ſenſibus admonitis vigilesque. *Cod. K. Conſt. in marg.* intendere. *Cod. Vrat. Riu.*

Cap. V. Phthiriaſi — pedicularis morbus.

61. *vig. inc. curas. Edit. Venet. Ald. Hummelb.* et alii legunt: *abrumpere ſomnos ſenſibus*, et *intendere curas Geſnerum* maluiſſe notat *Wolphius*, et ita in vet. edit. *Venet. Ald. et Pith.* legitur. Non ſatis capio haec: nec quis locus monitis, quae de ſomniis recte dicuntur, vt conſtat. vid. praeter alios *Brockh.* ad *Tibull.* III. IV, 11. Sed ſi morbus pedicularis rumpit ſomnos, nullus eſt locus monitis: forte *abrumpere ſomnos ſenſibus*, eſt per ſenſum acrem ex pediculis et vermibus: deinde legerem: *et mentis v. i. c.* quia ſomno curae mentis quaſi ſopitae iacent, quas haec noxia de corpore noſtro nata intendunt et augent. Sed nec haec ſatisfaciunt, et cum in aliis ſit *admonitis*, malim:

- - - volens abrumpere ſomnos
Senſibus admonitis, vigilesque intendere curas:

vt ſenſus ſomno ſopiti eo interrupto admoneantur et excitentur a vermium morſu, et ita vigilare coactus miſer curas ſuas a morbo intendi videat. — Difficultatem medicina egentem in his verſibus non video. *A.*

62. *Pherecydis.* tragoedi, qui exitum habuerit tragicum. conf. *Plin.* VII, 51. Tragoedus non fuit, a *Plutarcho* et aliis θεολογος vocatus. *Plin.* VII, 51. *Pherecydes copia ſerpentium ex corpore eius erumpente exſpirauit.* — *K.* De *Pherecyde* multa collecta, quibus adde *Kuhn* et *Perizon.* ad Aelian. IV, 28. et

Qui nimio ſudore fluens animalia tetra
Eduxit, turpi miſerum quae morte tulerunt.
Sylla quoque infelix tali languore pereſus
Corruit,

65) vt felix. *Heinſ.*

et *Salmaſ.* exerc. Plin. p. 592. Nusquam vero reperi tragoedum fuiſſe, quum adeo *Apuleius* dicat, *eum repudiato verſuum nexu — libera oratione ſcripſiſſe.* An tragoedus legendum, ſcilicet quis tragoediarum ſcriptor ſ. actor paueat fata Ph.? Nec hoc ſatisfacit, neque placet *fata tragoeda. B.* Metri forte cauſſa tragoedum Ph. vocavit. *A.*

63. *ſudore fl.* eleganter et medicis vſitatum. *Fluens* eſt *diffluens.* Sic *Celſus* fluere corpus dixit alui profluuio correptum. *B.*

64. *eduxit.* educauit, creauit ex ſuo corpore. Ita paſſim *Terent. educere* pro *educare. Tulerunt* eſt pro *abſtulerunt. B. Eduxit* idem eſt quod extraxit, quod de pediculis in corporis ſuperficie, eroſa forte cute genitis, facile intelligendum. *A.*

65. *Sylla.* Hic mire variant *edit. Edit. Ranzouii* verſ. a 61. usque ad 64. incl. non habet, et poſt verſum: *abrumpere ſomnos*, ſequentes, qui in nulla editione alia reperiuntur, inſerit:

Sic eſt phthiriaſis ſpecies foediſſima morbi,
Quae fuit exitio multis, heu morte pudenda.
Sylla quoque - - -

Eosdem verſus et *Riuinus* recepit, iis tamen a v. 61. usque ad 64. ſeruatis. Sed ſpurii ſine dubio ſunt. *A.*

Sylla corruit. De Sylla cf. Plin. VII, 43. XI, 33. *Valer.* IX, 4. qui eum non ita periiſſe tradit. *Conſtant. Plinii* locus VII, 43. eſt: *Age non exitus vitae eius omnium praeſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit, erodente ſe ipſo corpore et ſupplicia ſibi gignente?* — Idem *Plinius* XI, 33. de tineis: *Naſcuntur in carne exanimi et viuentium quoque capillo, qua foeditate et Sylla dictator, et Alcman obiere.* cf. XXV, 13. *Phthiriaſi, qua Sylla conſumtus eſt. K. Heinſius* legebat *Sylla quoque et felix*, non male ex ſenſu *Plinii*, h. e. licet felix diceretur, tamen hoc morbo periit. Hoc acutius vulgata lectione. *B. Plinius* tamen dicit: *o praua interpretatio et futuro tempore infelix*, ad quem locum poeta reſpexiſſe videtur.

67. *ſina-*

Corruit, et foedo ſe vidit ab agmine vinci.
Saepius ergo decet mordax haurire ſinapi,
Vel nitro ac ſale permixtis, acidoque liquore
Laxatis (vt ſint ſimul allia) tangere corpus,
Aut lacrymis hederae, aut ſuco perducere cedri.

Quin

68) vel nitido. *Cod. Leid.* 69) adſint. *R. R.* frangere corp. *Cod. Keuck.*

67. *ſinapi.* Ad phthiriaſin laudatur a *Plinio* XX, 22. *Hummelb.* *Mordax* de acribus herbis *Plinius* ſaepius vtitur. *lacrymoſum* dixit noſter cap. 32. *Scribon.* Comp. 37. et aliis in locis voce *mordere* ſaepius vtitur. Contra eſt *excaſtratum ſinapi,* cui mordacitas demta. v. *Barth.* XXXIX, 16. *B.* A *Plinio* et *Dioſcoride* haec deſumta ſunt Euporiſt. I, 108. Caeterum externus huius medicamenti vſus ad pedicularem morbum a pluribus laudatus eſt. *A.*

69. *Laxatis.* mollitis et diſſolutis. *Hummelb.* *Geſnerus* addidit *remiſſis,* id eſt diſſolutis, quod Graecis ανιενας dicitur. *Wolph.*

vt ſint ſimul allia. h. e. vt praedictis nitro et ſali et aceto ſint ſimul commixta allia. Allium *Dioſc.* contra pediculos bibi tradit. *Hummelb.*

tangere corpus eſt externis medicamentis, qualia hic praeſcribuntur, corpus perducere, ſiue tractare, fouere. *K.* *Tangere* pro illinere paſſim poni, patebit ex not. ad *Ouid.* Epiſt. XIX, 41. Malim: *laxatis (adſint ſimul allia) t. c. B.*

70. *lacrymis hederae.* vſitatum eſt eleganter latine et graece dicentibus ſucum, quem plantae profundunt, aut humidum aut ſole ſiccatum lacrymas dicere. cf. *Dioſc.* II, 210. *A.* Hederae lacrymam contra pediculos laudarunt *Dioſc.* II, 210. Euporiſt. I, 108. *Plin.* XXIV, 10. et *Galenus.* *Hummelb.*

perducere. *Virgilium* imitatur, Georg. IV, 425.

Et totum gnati corpus perduxit.

Vid. et noſtrum cap. I, 25. 34. — *B.*

ſuco cedri. *Plin.* XXIV, 5. *phthiriaſes eo perungere non dubitauerim.* — *Hummelb.* cf. *Dioſc.*

B

Quin etiam furfur mixto medicatur aceto.
Vnda maris lendes capiti deducit iniquas,
Et quicquid crebri defendit ſylua capilli.

72) deducet. *R. R.* 73) cerebri. *ed. Tornaeſ.*

Dioſc. Euporiſt. I, 108. *Oribaſ.* ad Eunap. IV, 11. *A.*

72. *vnda maris.* Sic Graeci de aqua marina tradunt. *Dioſcorid.* V, 19. Euporiſt. I, 108. *Plin. Valerian. Lendes et alia capitis tetra animalia lotione aquae marinae necantur.* — *K.*

73. *defendit.* tuetur, contegit. *Hummelb.*

ſylua capilli. capilli denſi et ſylueſcentes. *K.*

CAPVT VI.

CAPVT VI.

Prurigini, papulis ac ſcabiei arcendis.

Illotus ſudor, vel copia nobilis* eſcae

Saepe

Cap. VI. Ad pruriginem de papulis et ſcabiem arcendam. *Cod. Lipſ.* 74) inopia. *Conſt. in marg.* inutilis. *Keuch.*

74. *Illotus ſudor*, etc. *Nobilis* dicitur, qui praelautus ad voluptates cum ſpeciebus aliisque rebus aromaticis et ſaporibus apparatur. Huiusmodi ciborum vſum ſcabiei originibus fauere docet *Auicenna* IV, 7. tr. 3. c. 6. *Hummelb.* Duas cauſſas ſcabiei habet, quarum prima incuria correptorum eſt, cum nec ſordes abluuntur, nec interiora veſtimenta mutantur: altera vilioris eſt ſucci, cum praua nimirum edulia hunc affectum inducunt, vt ſunt omnia ſalſa, amara, acria. — Hic *Sereni* verſus mendoſus eſt; non enim tam abundantia lautioris edulii, quam vilioris quotidianus vſus, ſcabiem generare ſolet. Legendum

Illotus ſudor, vel copia inutilis eſcae.

Habuit liber auitus, vt reſtituimus, et iam adnotarat *Conſtant.* Etiam vulgatam, vt ineptam, cupide ſummutarat *Turnebus* Aduerſ. XVII, 18. cf. *Gal.* de diff. febr. I. et de cib. boni et mali ſucci. *K.* *Scaliger* corrigebat *noxilis eſcae*, ſed caret auctoritate vox illa. Forte *nec copia nobilis eſcae. Illotus ſudor* eſt ex ſordibus et illuuie malum odorem dans, quia ſudor ille non balneo, vel fricatione, vel alio modo abſterſus fuit. — *B.* Putat quidem et *Morgagni*, quum vox *nobilis* non mundiorem ſolum, ſed et exquiſitiorem victum ſignificet, et *Serenus* pauperibus medicinam ſcribat, tali victu raro vtentibus, *nec copia*, *inopia*, aut *copia inutilis eſcae* legi debere Epiſt. II. in *Serenum*, in edit. *Celſi* et *Q. Sereni* Vulpiana, Patav. apud Cominum 1750 in 8uo, tom. II. pag. 317. Sed nihil temere, vt puto, in hoc verſu corrigendum. Quum enim ſcabiem veteres a ſalſa acrique pituita oriri putarent, cibique *nobiles*, quam vocem *Hummelbergius* recte explicuit, nimis copioſe ſumti

 illius

Saepe graui ſcabie correptos aſperat artus.
Ergo lutum prodeſt membris adhibere fricatis,
Quod facit ex aſino ſaccatus corporis humor.
Nec pudeat tractare fimum, quem bucula fudit.
Stercoris ex porco cinerem confundito lymphis,

Sic

75) correptis. *Cod. Put.* 77) ſiccatus, *plures Cod. et ed.* 78) quod bucula. *Cod. Put.* bubula. *Ranz.*

illius generationi inprimis faueant, facile patet, *nobilis eſcae copiam Serenum* iure pro cauſſa ſcabiei habuiſſe. Nec inepta eſt *nobilis eſcae* explicatio per nimiam copiam humoris corpus humanum nutrientis. *A.*

75. *aſperat.* Venuſte, hoc enim verbum proprie ſcabioſorum. *Celſus* V, 28. *quo aſperior eſt, quoque prurit magis, eo difficilius tollitur.* Idem de papulis pag. 340 Ed. *Krauſ. altera eſt, in qua per minimas puſtulas cutis exaſperatur.* — *K.*

77. *ſaccatus humor. Plinius* XXVIII, 18. tradit, aſininam vrinam cum ſuo luto illitam ſcabiem curare. *Conſtant.* Probo lectionem a *Turnebo* reſtitutam: *ſaccatus corp. humor. Lucret.* IV, 1022.

Totius humorem ſaccatum vt corporis fundant.

Legebatur antea *ſaccutum, ſacratum* et *ſiccatum.* Sed *ſaccatum humorem corporis* venuſte poeta dixit de vrina per corpus quaſi ſacco percolata. Veſica autem, vt ſaccus vinarius vinum, lotium transmittit. Graeci σακκίζεσθαι vocant. In *Samonico* liber auitus et veteres alii collati manifeſte eandem conſeruant: *ſaccatus corporis humor.* — De aſinino lotio nihil tale, quod ſciam, apud medicos. — *K.* *Saccatus* etiam *Cod. Paderb.* auctoritate, et omnium doctorum ſuffragiis nititur. vid. *Morgagni* Epiſt. in Seren. I in Corn. Celſi et Sereni edit. Vulpiana, tom. II. pag. 283. vbi *Keuchenii* nihil tale de aſinino lotio ſe ſcire profitentis ignorantiam caſtigat, et *Pincier.* I. parerg. 18. ita et alium in *Senec.* Ep. 85. locum, vbi *pacata* et *ſiccata* aqua erat in codd. correxit, et *ſaccatam* aquam fecit *Colvius* ad *Apulei.* Met. IX, pag. 124. — *B.* *Lucretium* imitatus eſt. IV, 1022. Conſilium vero ex *Plinio* XXVIII, 18. penitus deſumtum eſt. Eadem et *Plinius Valer.* III, 38. ſuadet. vid. *Morgagni* Epiſt. I. p. 283. *A.*

80. *paui-*

Sic pauidum corpus, dextra parcente, foueto.
Proderit ex oleo puluis, quem congerit alte
Dulcibus ex latebris patiens formica laborum.
Conuenit hinc tepido lita tradere corpora ſoli.
  Feruentes papulas oleo curato liquenti:
Aut acido Baccho miſcebis farra lupini,
Atque

80) pro pauidum ſcabidum. *Conſt. in marg.* pendente. *Cod. Keuch.* fouetur. *Cod. Lipſ.* 81) altum. *Hummelb.* 83) lota. *ed. Lipſ.* ſali. *Ranz.* 84) ſapyro curato. *Hummelb.* papyro. *Cod. Lipſ. Vrat. Tornaeſ.* 85) calido. *Cod. reg.*

80. *pauidum.* ſcabidum. *Conſtant.* Haec ſatis clara et concinna ſunt. *Turnebus* tamen:

> Mox ſcabidum corpus, dextra parente, foueto.

male, pauidum enim eſt ſcabidum. Gloſſae: *pauor* prurigo, *pauidus* ſquamoſus. Squamoſi ſunt ipſi ſcabioſi, qui ſquamas habent. *K.* Graeci tamen ſquamas pro ſcabie non ſumunt, de iisque quidam agentes eas pro diuerſorum morborum cutaneorum ſymptomate ſumunt. *A.* *Pauidum* poteſt explicari, qui tactum formidat. vid. *Ouid.* Met. VI, 106. Alio ſenſu *parcentes dextras* dixit *Horat.* III. Od. 19. Hic eſt leni, ne fricando noceat. Non multum abludit *Statius* Theb. III, 130. *B.*

84. *Feruentes papulas.* Alias prurientes. *Caeſar.*

oleo recenti. pro *ſapyro* omnes *oleo* legunt, tam impreſſi, quam manuſcripti codices. *Wolph.* *Sapyrus* quauis alia lectione hic praeſtat. Succum ſapyri commendat, qui bryoniae genus eſt. Oleum *vlceribus* inimicum eſſe veteres docuerunt. *Hummelb.* Scribe *ſapyro.* Sic libri meliores et antiquioris notae, quibus adde *Dioſc.* *περι σαπφειρου λιθου.* Sapyrus pro ſapphyrus, ex illorum temporum idiotiſmo. *K.* De ſapphiro lapide *Serenus* certe non cogitauit, falſaque ſimilitudine *Keuchenius*, vt ſaepius illi euenit, deceptus eſt. Praeſtat vtique lectio a nobis et in optimis edit. recepta; oleum enim in papulis igne ſuo prurientibus veteres paene omnes commendarunt. *A.*

85. *acido Baccho.* de eo vid. ad *Petron.* 31. et 92. *Nemeſianus* quoque contra canum ſcabiem dat remedium ſimile. VI, 206. *Plin. Valer.* III, 39. vbi pro *acido vino* acetum ponit, poſtea et auſterum

Atque hinc in calido percurres membra lauacro.
Pruritus autem ſalſos leuat humor aceti,
Siue maris rapidi ſudor, cochleaeque minutae,
Quarum contactu perimetur acerba libido.

86) hoc in calid. *Wolph. Hummelb.* 87) ſalſus. *Cod. Leid.* 88) mari lauidus. *Ald.* rabidi. *Riu. Keuch.* auidi. *Cod. Lipſ. Ranz. Tornaeſ.*

ſterum vinum commendat. — *B.*

86. *calido* — caldario. *K. Percurrens* Cod. Put. forte recte, ſi diſtinguatur, *atque hoc:* (ſc. facies) *percurrens* membra, etc. v. *Gallae* ad *Quinctil.* de inſt. orat. X, 7. p. 956. *Percurrere* vero eleganter, vt citharoedi neruos percurrunt manibus, vel quae texunt, pectine percurrunt telas. *Mart.* III. Ep. 82.

Percurrit agili corpus arte tractatrix. -- *B.*

87. *Pruritus ſalſos.* Salſos intellige eos pruritus, qui ex phlegmate ſalſo proueniunt. *Caeſar.* Rem ad veterum mentem *Hummelbergius* commentario illuſtrauit. *A.*

88. *Maris — ſudor.* maris ſpuma, virtutis ſiccae, detergentis et mundificantis. De maris aqua contra pruritum vtili cf. *Plin.* et *Dioſc. Hummelb. Pictor. Conſtant.* de hoc ſudore conf. *Lucret.* II, 463. IV, 1120. Verſu ſequente libido docte pro morbo vel affectu ponitur; ſic tralate *νοσον* pro libidine Graeci vſurpant. *K. Libido* hic de pruriendi et affectum locum ſcalpendi cupiditate intelligenda, non de morbo, quamuis verum ſit, *morali ſenſu* veteribus libidinem morbumque eadem fuiſſe. *A. Rapidi* maxime inter alias lectiones placet, vt *Ouid.* et alii mare ſaepe vocant, quia ex incitato fluctu ſpuma oritur. *Ouid.* ex Ponto II, 35. *Tibull.* I. II, 40. Maris ſudorem in alio incommodo commendat *Nicander*, Alexiph. 516. Sudorem maris pro ipſa aqua, vel ſale, capiunt viri docti. De libidine in hoc morbo vid. ad *Gratiani* Cyneget. 408. *Scaliger* legebat *petigo*, quae vox et dubiae auctoritatis et impetigo dicitur a medicis. *B.*

CAPVT VII.

CAPVT VII.

Phreneſi et capiti purgando.

Ex vitio cerebri phreneſis furioſa mouetur,
Amiſſasque refert frendens amentia vires.
Siue calens febris iactatos exedit artus,
Siue meri guſtus, ſeu frigoris efficit aura,
Conueniet calidis pecudum pulmonibus apte
Tempora languentis medica redimire corona.
Illotis

Cap. VII. Pro purgando *medendo. Cod. Leid.* purgatio phreneſiae capitis. *Cod. Vrat.* 90) furibunda. *R. R.* fumoſa. *Cod. Keuch.* 92) excidit. *Riu.* ederit. *Cod. Wolph.* 93) geſtus. *Cod. Keuch.* afficit. *Cod. Reg. Riu.* 94) Conuenit hic. *Cod. Wolph.* conuenit ex. *Ranz.* convenit e. *Cod. Paderb. Lipſ.*

90. *phreneſis* — Apud *Iuu.* et *Mart.* phreneſis legitur penvltima producta, quaſi apud Graecos ſcripta ea vox habeatur φρενησις, cum tamen Graecis rectius ſit φρενιτις. vnde et *Herm. Barbarus* vocem illam corrupte cum ſcribi, tum legi apud dictos poetas ſuſpicatur. *Caeſ.* Latinos poetas ſibi multum indulſiſſe in vocabulis origine Graecis et variaſſe modum literarum et ſyllabarum docuerunt iam olim *Scalig.* Auſon. lect. II. 21. *Schott* II, obſ. 21. et nuper doctiſſ. *Markl.* ad *Stat.* IV, Silu. III, 59. attendebant enim magis ad accentus, quam ad litterarum modos. *B.*

93. *Siue meri,* etc. *Guſtus* pro larga potatione; nam guſtatum modo vinum phreneſin non inducit. *B.* Notandum de verſib. a 90. usque ad 94. poetam *phreneſis* verbum alio ſenſu, quam caeteri Graeci omnes, vſurpaſſe, quum ſub eo non acutiſſimum illud cum febre coniunctum, furioſum delirium intelligat, ſed, vt recte notauit *Hummelbergius*, p. 39. omnem mentis vacillationem et alienationem, inſaniaeque genera omnia. Qui *Serenum* explicuerunt, medici omnes, praeter *Hummelbergium*, miras horum verſuum interpretationes, phrenititem ſupponentes, excogitarunt. *A.*

94. *Conueniet*, etc. *Plin.* medic. II, 9. *Pulmo pecudis calidus circa caput adligatur.* — *B.*

 96. *Illotis*

Illotis etiam lanis ſuffire memento.
Ceritum ſaepe horrendi medicantur odores.
Non ſemper praeſens dolor eſt ſanabilis: ergo
Cura

96) ſufferre. *Cod. Leid. Vrat.* 97) Cerritum. *Hummelb. alii.* cerratum. *Cod. Voſſ.* olores. *Cod. Keuch.* 98) ſatiabilis. *ed. Venet.* aegro. *R. R.* eſto. *Hummelb.*

96. *Illotis lanis.* Impurgatis, quas ſuccidas medici vocant. *Pictor.* Gloſſae: *ſuccida* *απεκτος.* Melius *ερια οισυπηρα* vocauit *Dioſc. K. Plin. Valer.* III, 9. *Suffumigatio lanae ſuccidae prodeſt. B.*

97. *Ceritum — odores. Ceritum* et *cerritum* gemine veteres dixerunt. *Nonius: Cerriti* et *laruati male ſani, aut Cereris ira et laruarum incurſione, animo vexati.* Tres praeſides furoris erant apud antiquos, *Ceres, Luna, Bacchus:* inde *Ceriti, Lunatici, Bacchi.* Inde *ceritos* vocarunt *παντας τους τελουντας τα οργια.* Gloſſae: *Ceritus, μαινομενος,* aliae *παρεμμανης, παρεμφρακτος.* item *δημητριοληπτοι.* Horat. II. Sat. III, 278.

Ceritus fuit? an commotae crimine mentis
Abſolues hominem, et ſceleris damnabis eundem.

Poetae pro omni furioſo ſumunt. — *K. Hummelbergius* conſtruit *ſuffire memento ceritum: ſaepe* etc. nec male, vt puto; inſolentior enim conſtructio verbi *medicari.* quod noſter c. 48. cum datiuo ponit. — *B.*

98. *Non ſemper praeſ.* Ita verſus ad *Morgagnii* mentem Epiſt. in *Seren.* I. pag. 301. tom. II. edit. *Vulpii* diſpoſuimus. Aliae editiones omnes poſt verſum *ceritum* etc. habent: *atque ideo* etc. *Purgatur cerebr.* etc. verſusque *non ſemper* praeſens etc. et *Cura magis* etc. in capitis fine ponunt. Verum quam difficilis inde ſenſus emergat, facile perſpici poteſt. *Ceritum* certe cum *ſanis*, qui ſecundum vulgatum textum ſequuntur, minime cohaeret, et ſi etiam inſanos ponas, mirum eſſet, poetam inſanos curatione indigere dixiſſe. Certe caput, vt et inſcriptio docet, in duas diuiſum eſt partes, quarum prima inſanos curare, altera caput purgare, ſiue ſanos ab inſania defendere docet: itaque ille primus de ceritis verſus ad primam partem, ſequentes autem duo, qui in aliis edit. omnibus caput claudunt, ad alteram partem referendi ſunt. Certe nunc omnia cohaerent, nihilque abſurdum, aut incongruum legitur. Tales autem verſuum ineptas paene translo-

Cura magis prodeſt venturis obuia morbis;
Atque ideo ſanos etiam curarier eſt par.
Purgatur cerebrum manſa radice pyrethri,
Vngitur et ſucis, dederit quos parua ſabucus,
Expreſſusque hederae mandatur naribus humor,
Aut miſtum rutae cerebro inſtillatur acetum.

100) inſanos. *Cod. Keuch. Wolph. Lipſ. Conſt. marg.* primum curarier. *Hummelb.* 101) miſſa radice. *Cod. Putean. Leid. Riu.* 103) hedera. *Hummelb.* 104) crebro inſtillatur. *Riu. Ald.* ſtillatur. *Hummelb.*

translocationes confuſionesque in edit. poetae noſtri haud raras eſſe, infra cap. 16. patebit, et nos iam docuimus in Epiſt. noſtra in Seren. *Magaz. für Aerzte.* B. I. S. 222. *A.*

98. 99. *Non ſemper — obvia morbis.* Sic Perſius: *venienti occurrite morbo,* et Ouidianum illud: *Principiis obſta. Caeſar.* Sic infra, cap. 46. v. 852. Notandum, dolorem hic pro parte affecta (potius pro morbo) poni. Cf. *Plin. Valerian.* I, 2. III, 14. *K.*

101. *manſa.* hoc eſt maſticata. *Pictor. Dioſcorid.* (ex quo *Serenus* ſuorum maximam partem deſumſit. *A.*) III, 86. *αγει και φλεγμα διαμασσηθεισα.* Perperam igitur viliores editi: *denſa r. p.* — *K.* *Heinſius* corrigebat *immiſſa* vel *tuſa*, ſed nihil mutandum. *Mandere* pro *manducare* ſaepe occurrit. v. *Rhod. Lex. Scribon.* in *manducare. B.*

103. *mandatur* attractionis via. *Pictor.* cf. *Plin. Valer.* III, 9.

104. *rutae cerebro Plin. Valer.* III, 9. *Succus rutae ex aceto tritus et temporibus inſtillatus mire prodeſt. K.* cerebro per nares inſtillabantur ſuci, quos cerebrum purgare putabant. *A.*

CAPVT VIII.

De fluore capillorum et maculis capitis tollendis.

Defluit expulſus morbo latitante capillus,
Si raro lauitur, ſeu vis epota veneni,
Seu Salamandra potens nullisque obnoxia flammis
Eximium capitis tactu deiecit honorem,

Seu

105) depluit. *Cod. Keuch.* 106) ſeu raro. *Cod. Baſil. Hummelb.* ablueris. *Hummelb.* eluitur. *Conſt. in marg.* vis eſt pota veneni. *Ranz.* veneni eſt. *Cod. Lipſ. Hummelb. Riu.* ſaeuis epota venenis. *Cod. Vrat. Leid. ed. vetus.* 108) decuſſit. *Cod. Keuch.*

105. *defluit. Depluit* male; *fluere* enim capilli dicuntur, qui poſt morbum, vel ante decidunt. cf. *Celſ.* VI, 1. *Ammian. Marc.* XXX, 5. *Alexander Trall.* I, 2. — *K. Defluit* eſt in omnibus, quos vidi, codd. Ouid. VI, met. 140. nam *defluere* et *fluere* ſaepe eſt in terram labi, decidere. — *B.*

106. *Si raro* etc. *Barthius* volebat *ſeu raro*, quod minime opus eſt (neque ſatis cohaeret). v. quae diximus ad *Valer. Flacc.* I, 100. et *Ouid. ex Ponto* I, 3. Forte de balneo capiendum, vt ſupra VI. *Illotus ſudor.* — *B.* Balneum intelligi debere videtur, de quo fuſe *Alexander*, I, 2. *A.*

107. *Salamandra.* Si viuus Salamandrae, quod ore vomitur, hominem aliqua parte tetigerit, ſtatim eius pili defluunt, *Plinio* teſte. *Martialis* vetulae ſic imprecatus eſt;

> Hoc Salamandra caput, vel ſaeua nouacula nudet. *Piſt.*

Putabant veteres, Salamandrae contactu defluere capillos, *τα δε εντερα αυτης ψιλει τας τριχας. Scholiaſt. Nicandri.* — *K.* Supra iam notauimus, epitheton *potens* de rebus inprimis magicis dici. Hic de venenis miro quodam modo homines afficientibus dicitur. *A.*

108. *honorem* venuſte vocat, quem Graeci *κοσμον. Clemens Alexandrin. τριχες κοσμος τȣ σωματος.* Inde calui vocabantur *ακοσμοι*, teſte *Polluce* II. — *K.*

109. *Seu*

Seu calamiſtra, rudes inflectere docta capillos,
Radices ſterili faciunt torpere calore.
Nonnunquam variant maculae, paruisque parumper
Orbibus adſperſum ducit noua vulnera tempus:
Vipereae pellis cineres his addito rebus,
Roboreasue

112) haurit noua. *Cod. Baſil.* 113) hic addito. *Riu.* cinerum. *Cod. Vrat.* addito morbis. *Conſt. in marg.* apponito. *Tornaeſ. alii.*

109. *Seu calamiſtra — calore.* Non eiiciendi erant hi verſus, qui in membranis comparuerunt auitis et Barthianis, quos cur poetae eſſe negemus non video. Capilli enim, qui continuo vſu in cincinnos criſpantur, facile, adurente calamiſtro, corrumpuntur; aut, deficiente nutrimento, ſoluti defluunt. *K.* Hos verſus *Barthius* exhibet Adu. XXVI, 27. nec indigni videntur poetae noſtro; *rudes* eleganter vocat qui natura ſua recti nec in cincinnos flexi, quomodo dociles contra vocat *Ouid.* I. amor. XIV, 13. Caeterum de calamiſtro omnia ſunt obuia. Formam capillorum inflexorum calamiſtro videre poteris in gemma apud *Leonard. Aug.* t. I. 9. *veru* vel *verutum* vocat calamiſtrum vetus commentator Horat. I. Sat. II, 98. *B.*

111. *Nonnunquam* etc. Ophiaſin, ſiue tiriam vocant aliqui. Areae et depilationes varie et tortuoſe fiunt, et ſerpunt. *Galenus* demonſtrat, alopeciam non differre a tiria, niſi ſola figura. Alopecia enim, vt Celſus tradit, ſub qualibet figura dilatatur, non ſic autem altera, vt iam patuit. *Hummelb. vulnera* viſcera recentia, per quae tiria differt ab alopecia. *Differentia inter alopeciam et tiriam eſt, quod in tiria non tantum cadunt pili, imo excoriatur cum ea cutis tenuis, ſicut accidit ſerpenti, et fortaſſe accidit in ea figuratio, ſicut figura ſerpentis.* Avic. Can. L. 4. *tempus.* Ophiaſis, vt *Celſus* ait, ab occipitio incipit, et ad aures duobus capitibus ſerpit. — *Hummelb.* In hoc capite verſus quidam, ii inprimis, in quibus medicinae ad capillorum defluuium exponuntur, deeſſe videntur. *A.*

113. *Vipereae* etc. Hic iterum quaedam deeſſe videntur, inuſitatum enim poetae eſt, *his rebus* pro *his morbis* dicere. Videtur in perditis verſibus, qui praeceſſerunt, medicamenta quaedam commendaſſe,

Roboreasue pilas vrſino iungito ſeuo:
Vel teſtudineo mala permulceto cruore.

114) roboreasque. *R. R.* vrſinoue vngito ſeuo. *Wolph. Cod. Put.* roboreosque pilos ceruino iungito cornu. *Cod. Keuch.* ruboreas, *Cod. Reg.* inungito ſaeuo. *Ald.* 115) mage permulceto. *Cod. Wolph.* promulceto. *Caeſar.*

mendaſſe, hisque rebus, aut medicamentis vipereae pellis cinerem addi iubet. *A.* — *Plin. Valer.* I, 6. *cinere pellium viperinarum celerrime emendantur. addere* noſter vtitur pro immittere, adſpergere, apponere (quibus verbis etiam ſaepe vtitur). cf. cap. 15. 26. *B.*

114. *Roboreasue* — *ſeuo.* Gallas intelligit, quercuum poma. *Pictor.* Cf. *Dioſc.* II, 94. vbi vim adipum exponit, vrſinum raptos vitio alopeciae capillos reſtituere tradit. *K.* cf. *Plin. Valer.* I, 6. Rhod. lex. Scribon. in voc. *pilula.*

115. *teſtudineo mala p. Mala* venuſte dicuntur partes affectae et infectae. *K.*

CAPVT IX.

CAPVT IX.

Humoribus et perfrictionibus medendis.

Saepe ita peruadit vis frigoris ac tenet artus,
Vt vix quaeſito medicamine pulſa recedat.
Si ranam ex oleo decoxeris, abiice carnem,
Vnguine membra foue. parili ratione valebit
Vrticae ſemen, perceptaque frigora vincet.
Et ceruina poteſt mulcere medulla rigorem.

Decoctum

Cap. XI. Frigori ſedando. *Cod. Wolph.* de congelatione aut frigore ſedando. *Pictor.* de frigore et humoribus. *Ranz.* 117) victa rec. *Cod. Vrat.* 119) membra foue, parili ſanat ratione rigorem. *Cod. et edit. plures.* nec non parili ratione rigorem. *Cod. Vrat. Ranz.* pellet ratione. *Hummelb.* ratione coquetur. *Cod. Lipſ. in marg.* 120) praeceptaque. *Cod. Reg.* vincit. *Cod. plures.* vincis. *Cod. Lipſ.*

116. *Saepe ita peruadit vis frigoris* ſatis vulgatum eſt. Latini frigus et rigorem appellant vitio corporis contractum catarrhum, aut humorem vitioſum. Sic *Samonicus*, ſic *Plinius Valerianus*, I, 1. *Caput ſi phlegmate aut frigoribus plenum fuerit.* etc. *K.* In duas partes hoc caput dividendum iterum eſt; in prima enim frigoris, quod artus, aut membra quaedam peruaſit, medicinae proponuntur; in altera autem a verſu 121. rigoris, aut vniverſalis congelationis. *A.*

117. *quaeſito*, id eſt praeſtantiſſimo, efficaciſſimo. Sic *quaeſitus candor Propert.* III, 24. *quaeſita arte remedia Iuſt.* II, 1. *B.*

118. *Si ranam* etc. *Plin. Valerian.* III, 6. *Ranae nihilominus in triuio decoquentur cum oleo, carnibusque earum proiectis, oleo vtantur ad vnctionem. K.*

119. *membra foue.* Aldi lectionem a *Burmanno* in textum receptam ſeruauimus, caeteris omnibus ob facilem ac antiquitati conuenientem ſenſum, quem praebet, praeferendam. *A.*

121. *ceruina medulla.* Medullam vocat, quam Graeci στεαρ ελαφειον, και μυελον. Sic medullam de cerebro dixerunt. — *K.* Medullam tamen

Decoctum raphani ſemen cum melle vorabis,
Siue fel vrſinum tepefacta dilue lympha.
Proderit hoc potu: ſeu caſſis oſtrea teſtis
Vſta dabit cinerem, qui pro ſale ſumtus in eſcis
Decutiet gelidum calefacto vertice virus.
Nonnullus liquidum ſumit, mulſumque ſinapi,
Atque

122) melle rigabis. *Cod. Reg.* 123) lympha. *Conſt. in marg.* 124) hoc fotu. *Conſt. in marg. Cod. Keuch.* ſeu craſſis. *Cod. Keuch. Riu.* tectis. *Cod. Keuch.* 125) dabunt. *Conſt. in marg.* eſcas. *Cod. Leid.* 126) diſcuciet. *Cod. Keuch. Conſt. marg.* deducit. *Riu.* diſcutiet dum liquidum. *Cod. Vrat.* tepefacto. *Riu. plures.* 127) ſubit. *Cod. Reg.* ſubiit. *Edit. Venet. Lipſ.* ſorbet. *Cod. Lipſ. Voſſ.* ſugit. *Cod. Wolph.* ſummit, mulſumque, ſinapique. *Ald.* mulſum atque ſinapi. *Conſt. in marg.*

men ceruinam ab adipe *Dioſc.* II, 95. diſtinguit, eamque laudatiſſimam eſſe dicit. *A.*

rigorem. totius corporis, aut ſaltim magnae partis congelationem a frigore. *τετανον*, quem eleganter Latini *rigorem* pariter vocant, infra, cap. 15. ceruicis rigorem appellat. *A.*

124. *caſſis.* vacuis. *Pictor.*

oſtrea. foeminino genere dixit, quo etiam genere nomen ipſum vſurpatum eſt a *Gellio* et *Macrobio. Caeſar.* Dicimus oſtrea et oſtreum, teſte *Seruio* in Georg. I, 207. *Pictor.*

124. 125. *Proderit — cinerem.* Scribe libris adſtipulantibus: *proderit hoc fotu;* non enim hic fella ad potum, ſed ad externum vnguentum, adhibentur. — *Keuchen.* qui, auito libro poſtulante, pro *teſtis tectis* legere mauult. *A.* *Potu* tamen forte praeferendum, quia praeceſſit *dilue lympha.* De oſtrea cf. *Chariſ.* inſt. Gr. I, p. 42. *Celdon.* in arte p. 1897. teſte, *oſtrea* primae declinationis ad animans refertur, *oſtreum* ad teſtam. *B.* Fel tamen vrſinum fotibus vnguentisque admiſceri et *Dioſc.* II, 96. dicit, ex quo loco *Keuchenii* coniecturam fere probarem, ſi aliorum codicum auctoritatem haberet. *A.*

126. *Decutiet — virus. virus* proprie eſt humor fluens. *K. Virus* pro ſemine ſumi docuit *Barth.* ad *Stat.* I. ſilu. IV, 104. et de quolibet naturali humore ille et alii. vid. et ad Gratian. 355. *B.*

127. *Nonnullus — ſinapi. Sumit* ſaepe de medicamentis, quae potamus, dicitur. *B.*

128. *Atque*

Atque palato agitat, pariter retinensque, vomensque.
Allia nonnulli mandunt, oleiue liquore
Perſundunt calido cerebrum, naſique latebras
Quidam lactucae credunt prodeſſe ſapores.
Curandi modus hic et ſuauis et vtilis idem eſt.

128) Idque palato. *Conſt. in marg.* palatoque agitans. *Ranz.* agitet. *Cod. Putean. Paderb.* atque palata. *Pictor.* pariter. *deeſt in plerisque Codd.* retinensque id, idque vomensque. *Cod. Keuch.* retinensque idque vomensque. *Steph.* mouensque. *Cod. Lipſ. Ald.* 129) oleique. *Ranz.* 131) ſopores. *Cod. Leid.*

128. *Atque palato agitat.* id eſt gargarizat. — *Caeſar. Scaliger* legebat: *Verſatumque palato agitat, retinensque vomensque.* Senſus eſt: non imbibens, ſed verſatum ore deinde euomens. — *B.* Difficultas orta eſt, quod in antiquis quibusdam libris *το pariter* deſideretur. Culpam in *Conſtantini* typographos reiicit *Morgagni* Epiſt. in Seren. II. pag. 315. ſed perperam, verſus enim hic in plerisque antiquioribus libris claudicat. *A.*

129. *oleiue liquore.* *κοινως παν ελαιον δυσπεριψυκτον φυλασσον το σωμα ετοιμοτερον προς τας ενεργειας ποιει. Dioſcorides. K.*

CAPVT X.

CAPVT X.

Elephantiaſi propellendae.

Eſt elephas morbus, triſti quoque nomine dirus,
Non ſolum turpans infandis ora papillis,
Sed cita praecipitans funeſto fata veneno.
Huic erit aduerſus cedri de cortice ſucus,
Muſtellaeque cinis, vel fuſus ſanguis ab illa.

Nonnulli

133) triſtis, quoque nom. *Cod. Keuch.* morbus triſtis. *Cod. Reg.* numine. *Cod. Put. Leid. Vratisl.* 134) turbans. *R. R.* 135) cito. *Ed. Venet. Caeſar. Pictor.* funeſta. *Ed. vet. Ven.* 136) viſci de cortice. *Ed. vet. Lipſ.* 137) muſtellaeue. *Cod. Vratisl. Hummelb.* vt fuſus. *Cod. Vratisl.*

Cap. X. Elephas. Hoc genus morbi ita appellatum eſt a ſimilitudine corporis Elephantorum, videlicet quod, qui eo vitio laborant, cutem habent ſimilem elephantorum cuti. *Caeſar. Elephantiaſis* morbus eſt, quo corpus multis maculis ſquamisque induratum deformatur, ad modum cutis elephantis. *Pictor.* Lectio, quam auitus noſter liber exhibuit: *eſt elephas morbus triſtis, quoque nomine dirus* multo venuſtior eſt, et forte reſtituenda. Non ſolum elephas morbus triſtis et horrendus eſt, ſed ipſo quoque nomine ἐλεφαντος dirus. *V.* Auctor definit. medicar. quae *Galeno* tribuuntur. Eodem modo verſus hic exhibetur apud *Manardum* Epiſt. med. II, quo ex auito libro eum reſtituimus. *K.* De diriſſimo hoc morbo conf. Cl. *Schillingii* comment. de lepra. Trai. ad Rhen. 1769. in 4t. et poſtea iterum auctius editam. *A.*

134. *papillis.* Papillas vocat eas papulas, quae ſumma corporis parte elephantiacis accidunt. Celſus III, 25. 30. ed. Krauſ.

136. *cedri de c. Dioſc.* I, 105.

137. *Muſtellaeque.* Cinis et ſanguis debent intelligi mixti inter ſe, quibus illinuntur, vt *Plinius Valerianus* II, 79. Quare *Hummelbergius* hic ſumit *vel* pro etiam, vt apud *Virgil.* Ecl. VIII, 69. vbi vid. *Servium. B.* Difficultatem habet *Burmanni* explicatio; *vel* enim hic non pro *etiam* ſumi

Nonnulli dixere ſerum prodeſſe bibendo.
Mentaſtri folium potu appoſituque ſalubre eſt
Nec fruſtra bulbos et ſulphura iungis aceto,
Qui cupis horribiles ad priſtina reddere vultus.
Praeterea

139) Mentaſtri et fol. *Ranz.* appoſitaque. *Put.* 140) fruſtra ſquillas. *Voſſ.* iungit - cupit. *Cod. Lipſ.* aceti. *Putean.* 141) reddere plagas. *Ranz.*

mi poteſt. Ea inde orta *Burmanno* eſt, quod poeta fluidam materiem, cineri admiſcendam aliam, ſanguine excepto, non addiderit. Verum hic loquendi mos etiam aliis communis eſt. Sic *Plinius* XIX, 6. *muſtellae cinis illitus.* Sanguinem muſtellae alii, qui de remediis comparatu facilibus ſcripſerunt, ad elephantiaſin non commendarunt, cinerem autem multi. *A.*

138. *Serum* — cf. *Dioſc.* II, 76. *K.*

139. *Mentaſtri* — *αγριον ἡδυοσμον* Graeci vocant. *Serenus την βαλσαμιταν* intelligit. *K.* Mentaſtri folia manducata impoſitaque frequenter, a veteribus ad elephantiaſin commendata ſunt, *Plinio*, XX, 14. *Apuleio*, cap. 90. *A.*

140. *bulbos.* Bulbus iam a veteribus generaliter pro omni radice rotunda accipitur. Hic autem radices ex ceparum genere poeta intelligit. — Bulbos cum aceto faciei vulneribus mederi iam *Plinius* tradidit. *Hummelb. A.*

141. *Qui cupis* — *vultus.* Hic verſus, qui in Aldina editione, Riuiniana et Ranzouiana, nec non in Voſſiano Cod. et Paderbornenſi legitur, in aliis vero Cod. Vratisl. v. g. plurimisque editionibus deeſt, quem et *Burmannus* in textum recepit, carmini apprime reſpondere videtur, quam ob cauſſam et nos ei locum in textu ſuum haud denegauimus. *Riuinus* autem, praeter hunc verſum, vnice ſequentes habet, manifeſte ſpurios;

Maſtyx, thusque ſimul, ſanguisque draconis, alumen,
Stannum, vitroleum, ſimul haec miſcentur in vnum,
Tunc addis phialam plenam de lacte caballae,
Tunc oleum, ceramque ſimul, poſt addis acetum.
Omnia mixta coquas, poſt haec loca vulneris vnge.
Praeterea nitrum, etc.

A.

C 142. *nitrum.*

Praeterea nitrum debes cum melle iugatum
Spargere lacte bouis, varias ſic vngere frontes.
Ceruſſam et chartam, quam gens Aegyptia mittit,
Tunde ſimul, miſceque oleum, quod flore roſarum
Conditum eſt: line ſic faciem, ſic redde ſalutem.

142) vitrum debes. *Ranz.* merum. *Cod. Lipſ. Put.* 143) ſic varias. *Cod. Vrat.* iungere. *Cod. Voſſ. ed. vet.* frondes. *Cod. Vrat.* 144) et cretam. *Ranz.* et caricam. *Cod. Lipſ.* quae gens. *Cod. Vrat. Put.* 145) Funde ſimul. *Cod. Wolph.* thure. *Cod. Vrat. Gryph.* tura. *Ald. Colin.* thure - oleo. *Cod. Lipſ.* miſce atque. *Cod. Vrat.* oleo. *Cod. Paderb. Riu. Ranz.* 146) et ſic redde. *Cod. Voſſ. Conſt. in marg.* reddes. *Cod. Vrat.*

142. *nitrum. Plin. Valer.* II, 57. *Nitrum ex melle et lacte bubulo tritum faciem purgat et erugat. B.* De veterum nitro conf. G. Cph. *Schellhamer* de nitro cum veterum tum noſtro. Amſt. 1709. in 8. et G. *Pazmandi* idea natri Hungariae, veterum nitro analogi. Vindob. 1770. *A.*

143. *varias* venuſte adiunxit, ob variantes maculas et tumores. *K. Varias frontes* poeta dixit ob varium earum colorem, quo a diuerſis efflorescentiis inficiuntur; varius enim proprie de externo rerum habitu, inprimis de colore dicitur. conf. *Plinius* VIII, 17. *A.*

144. *chartam* — Charta herba eſt aquatica, de qua *Galenus, Simplic.* VIII, 34. *Auicenna*, II, 441. — *Pictor.* Papyrus, de qua hic poeta, frutex eſt, ac iunci ſpecies, quae in paluſtribus Aegypti, aut quieſcentibus Nili aquis naſcitur. Conf. *Plin.* XIII, 11. Hanc plantam veteres ad vlcera recentia effoetaque conſolidanda, prae aliis laudarunt. cf. *Galen.* Simpl. VIII, 34. *A.* Chartam Aegyptiam vocat, quam alibi *Phariam*, cap. 34. alibi Niloticam. — *K.*

145. *quod flore — conditum eſt.* Roſaceum oleum intelligit, de cuius praeparatione et vſu vid. *Dioſc.* aliique veteres medici, qui hoc oleum frequenter ad externos morbos adhibuerunt. *A.*

CAPVT XI.

CAPVT XI.

Cutis et faciei vitiis propellendis.

Inuida ſi maculet faciem lentigo decoram,
Nec prodeſſe valent naturae dona benignae,
Erucam atque acidum laticem ſimul illine malis.
Proderit et bulbus mellis dulcedine victus,
Crudaue dulcacido miſcebis rapa liquori.
Sanguine vel leporis morbus delebitur oris.

Frons

147) Liuida ſi. *Cod. Wolph. Hummelb.* maculat. *Hummelb.* mulcet. *ed. vet.* 149) Erugam. *Ed. Venet.* 151) tunc acido. *Riu. Ranz.* dulci acido. *Cod. Paderb.* miſcetur rapa. *Pictor.* miſcetur cepa. *Ald.* 152) vt leporis. *Cod. Vrat.* delabitur. *Cod. et edit. plures.*

Cap. XI. Vt cutis et faciei vitia propellas. *Riu. Ranz.* de cutis — et impetigine propellendis *Caeſar.* et *Pictor.* Vid. ea, quae de capitum inſcriptione iam monuimus. *A.*

147. *Inuida.* Ob maculas lentiginis liuidas plumbeasque *liuida* legere maluit *Hummelbergius*, *vuida Heinſius*. *Inuida* non mouendum, quaſi inuideret formae, eamque corrumperet. *B.* *Lentigo* maculas faciei a ſimilitudine lentis ſignificat. *Celſus* lenticulas, Graeci *ἐφηλίδας*, *φακον*, appellant. — *Pictor.*

148. *Nec* — Deſideratur hic verſus in Regio. *B.* De ore a lentigine dehoneſtato loquitur poeta. *A.*

149. *acidum laticem.* acetum *Pictor.* conf. cap. 46.

150. *Bulbi* ex mulſo, vt alibi loquitur, *καθαιρουσι φακους συν μελιτι η οξει.* *Dioſc.* II, 200. Euporiſt. I, 122. *φακος* lentigo eſt. *K.*

151. *dulcacido* — Compoſitum fictumque nomen ex dulci et acido, acetum mulſum ſignificat. *Caeſar. Conſtantin.* Eadem Graeci medici de rapo ſylueſtri tradunt. *K.*

152. *delebitur.* Ita *Hummelbergius*, *Ranzouius*, *Riuinus*, nec non Paderbornenſis Codex et vetus Aldina editio, et recte quidem. Non enim furfurum inſtar, vt alia exanthemata, lentigines *delabuntur*, ſed medicina idonea adhibita euaneſcunt, et *delentur.*

Frons ſalicis cum flore ſuo contrita medetur.
Sepiolae cineres ex oſſibus omnia leuant.
Cygnaeos adipes hilari miſceto Lyaeo,
Omne malum propere maculoſo ex ore fugabis.
Horrebit ſi liuor atrox, aut nigra cicatrix,

Attrito

154) omnia ſanant. *Hummelb.* tollunt. *Cod. et edit. plures.* 155) Coeneos. *Pat.* hilaro. *Cod. Reg. Paderb.* 157) Si horrcbit. *Cod. Vrat.* Si liuor torrebit. *Cod. Leid. ed. Hummelb.* torrebit. *Wolph.* horrebit laeuor ater. *Cod. Keuch.*

lentur. Hinc et *Petronius*, cap. 99. omnem ſcabitudinem animo — deleret ſine cicatrice. *A.*

154. *Sepiolae.* Sepia piſcis genus eſt, quod concha tegitur. Hoc crematum in cinerem lentigini et aliis cutis affectibus mederi *Dioſc.* ſcribit II, 23. *Pictor. Plinius* etiam de ſepiae cinerum vſu ad cutaneos morbos plura habet. Locum *Dioſcoridis* reſpexiſſe videtur poeta, in quo plures oris morbi recenſentur, quos *omnia* Serenus vocat. *Tollunt* plurimae edit. habent; nos *leuant* recepimus cum *Burmanno*, quod eleganter dictum eſt, id enim eſt leuia et plana reddunt. conf. *Horat.* Epiſt. II, 122. De medicinis etiam generatim dicitur, quod morbos leuent. Praeſtare mihi videtur haec lectio, nec tamen eſt, quod cum his lites moveam, qui *tollunt*, aut cum *Hummelbergio*, *ſanant* legere malunt. *A.*

157. *Horrebit — tendens.* Mutauimus ſententiam, in qua olim fuimus, *Ranzonii* textum illi, quem recepimus, praeſtantiorem putantes. vid. Epiſtol. noſtram in Serenum in *Ill. Baldingeri* neuem Magaz. B. I. St. 3. p. 221. idque eam ob cauſſam, quod poeta de atroci tumore oris loquatur, cui ſinapi nullo modo conuenit, quodque, ſi verſ. 159. loco *tendens, dentes* legas, ſenſus diffuſus nimis, poetae ingenio alienus oriatur. *Ack. Liuor, laeuor, tumor faciei. Sapone,* i. e. Smegmate. *Plin.* XXVIII, 12. *Pictor. Rugarum ſulcos.* Hinc paſſim poetae *frontem rugis inarari* dixerunt. *Iam venient rugae, quae tibi corpus arent. K. tendere ſulcos.* eleganter dictum pro planos facere. Ita *Phaedrus* I, 24. *rugoſam inflauit pellem.* et mox *rurſus intendit cutem. B.* De lentiſci lacryma, quam maſtychen noſter appellat, eiusque vſu ad ori nitorem conci-

Attrito ſapone genas purgare memento,
Rugarum ſulcos lentiſci maſtyche tendens.
Si vero vitium eſt, quod ducit ab impete nomen,
Hoc matutina poteris cohibere ſaliua,
Seu folio platani, quod manſum mane vorabis.
Foeda fluunt curui quae purgamenta cameli
Vrentur, cineremque dabunt, iungentur aceto
Maſcula thura ſimul, diuinaque cura valebit.

158) Aut tyros appone genas. *Cod. Vrat.* Attritos appone genis. *Wolph. Hummelb.* Attrito malis purgare memento ſinapi Rugarum ſulcos. *Ranz.* genis. *Riu.* 159) Rutarum ſucos. *Wolph. Hummelb.* tundens. *Hummelb.* tundes. *Cod. Vrat.* tendes. *Putean. Ald.* dentes. *Ranz.* rugarumque - tendes. *Cod. Lipſ.* 160) impeto. *Cod. Keuch.* 162) mane donabis. *Putean.* domabis. *Cod. Vrat. Lipſ. Ald.* 163) curuis. *Ranz.* ſundamenta. *Cod. Vrat. ed. vet.* camelis. *Ranz.* 165) Vaſcula thura. *ed. Venet. Lipſ.* ſinit diuinaque. *Cod. Vrat.*

conciliandum, vid. *Dioſc.* I, 90. *A.*

160. *ab impete.* Impetiginis ſpecies a *Corn. Celſo* recenſentur. V, 28. p. 339. *ed. Kreuſ. Pictor. Impete* celeriter et late procedit et impetit cutis partem vnam poſt aliam. Graeci vocant *επιφοραν*.

162. *vorabis.* vid. infr. cap. XV. *manſumque vorabis. domabis* codd. quidam habent, idque de concoctione ſumi poſſet, vt aquae coctae domitae et victae dicuntur, cap. 17. et 23. Sed praeſtat vulgata; nam ſaepe praeſcribuntur remedia, quae ore contineri debent, non vero demitti in aluum — *B.*

163. *purgamenta.* Sordes animalium. *K.*

165. *Maſcula* efficacia, ſelecta. *A.*

 CAPVT XII.

CAPVT XII.

Aurium vitiis ſuccurrendis.

Quum ſaeuus teneras dolor alte ſauciat aures,
Fraxinea in flammis fundit quem talea ſucum
Inſtilles, ſiue obſcoenos ex virgine rores,
Aut ſucum ex ſolio, dederit quem populus alba:
Saepe chelidoniae rapidum ſociatur acetum,
Adiuncto-

167) tundit quem. *Cod. Keuch.* qui talea. *Cod. Vrat.* talia. *Cod. Keuch.* 168) inſtillas. *Cod. Vrat. Leid. Reg.* inſtillans. *Put.* inſtilla. *Ranz.* 169) pop. alta. *Cod. Keuch.* 170) rabidum. *Riu. Ald.* ſapidum. *ed. Ald.*

167. *talea.* Talea fruſtum ligni dicunt, ex vtraque parte aequabiliter, ferendi gratia praeciſum. Id Graeci generali nomine *ξύλον* ſcribunt. *Pictor.* De *talea* vid. Io. Rhod. in *Lexico Scribon.* Mentem *Sereni* egregie explicat *Marcelli* locus de med. empiric. cap. 9. *Fraxini recentem ſurculum humore proprio madentem ex vna parte in foco pones, et quum per alteram partem ſucus ebulliet, ſuſcipies eum diligenter et oleo addito tepefactum auribus inſtillabis.* Collect. Steph. p. 282. C. *A.*

168. *obſcoenos — rores.* Lotium puerile. *Pictor.* menſes. *Conſtant.* Ita poſſent et capi illa *Ouidii Remed.* 437. *reddente obſcoena puella*, quamquam et de excrementis recte exponatur. *Virginem* de puero inueſti dici probauit *Chriſt. Scoba*, in epiſtola edita a *Goldaſto* inter philologicas XXVII. *B.* *Virginem* veteres de omnibus rebus illibatis, intactis et incorruptis dixerunt. De puerorum vrinae ad aurium morbos vſu conf. *Plinius* XXVIII, 6. *Dioſc. Euporiſt.* I, 57. *A.*

170. *rapidum.* Quum medici praecipiant nihil auribus infundendum, niſi tepidum, ego malim *tepidum acetum* hic legere: nam has voces confundere librarii, vt apud *Ouid.* Epiſt. XI, 76. et Amor. II, VIII, 20. et alibi, ſolent. *B.* *tepidum* et ego praeferrem, ſi codicis auctoritatem haberet; temere, in omnium fere cod. MS. conſenſu, nil mutandum. *A.*

174. *Annoſa*

Adiunctoque nitro procedit cura ſalubris.
Mentaſtri liquor expreſſus conducere fertur.
Infectum violis oleum bene conſulit auri.
Annoſa rubros ſi legeris arbore vermes
Ex oleo tere, ſic tepidos infunde dolenti.
Si vero obtuſa ſenſus remoretur in aure,
Lumbricos terrae, ſeuumque ex anſere rauco
Excoque: ſic veterem poteris depellere morbum:
Fella bouis ſurdis etiam prodeſſe loquuntur,
Si iungas olidae graue quod minxere capellae.

Si

176) obſtruſa. *Cod. Paderb. Lipſ. Wolph. Hummelb.* obſtructa. *Ranz.* obtruſa. *ed. Lipſ.* morictur. *Cod. Wolph. Ald. Gryph. Paderb.* morctur. *ed. vet.* morerctur. *Hummelb.* 178) ex quo vel. *Cod. Vrat.* vel veterem. *Cod. Reg. Putean.* ex quo vel veterem poteris diſſoluere. *Leid. ed. vet.* diſſoluere m. *Cod. Paderb. Hummelb. Ranz. Riu.* vel - diſſoluere. *Cod. Lipſ.* 179) felque. *plures cod. et edit.* 180) iunxere capellae. *Cod. Vrat.*

174. *Annoſa rubros — tere.* Quales vermes, aut ex quali arbore? Graeci communiter arboris aut ſiccorum lignorum vermiculos τερηδόνας appellant, Latini *teredines.* — *Plinius* XXIX, cap. vlt. a quo *Serenus* deſcripſit: ex arboribus rubri et cum oleo triti vermes exulceratis et ruptis auribus praeclare medentur — *K.*

176. De auditus difficultate loquitur ex dolore nata, eleganterque ſenſus in obtuſa aure remorari dicitur. *A.*

177. *Lumbricos — Plinius Valerian.* I, 9. *Dioſc. Euporiſt.* I, 60. Hi omnes eandem medicinam commendant. *A.*

179. *Fella.* Alii, vt *Burm. Keuchen. felque* legunt. Nos *fella* recepimus, verſui convenientia melius, quum inprimis ſeq. capite poeta vulturis *fella* commendet. *Fella* et in plurimis Cod. MS. leguntur. *A.*

180. *Si iungas — Dioſc.* II, 99. vbi de vrinis agit, caprinam etiam aurium doloribus inſtillatam mederi ſcribit. Sed eo remedio, quo fel taurium coniungitur, non vrinam, ſed lac caprinum fractis auribus et purulentis mederi ſcribit. *Graue* de lotio venuſte dictum. — *K.*

 181. *Si*

Si vero incautas animal penetrauerit aures,
Proderit admixto pauidi ſel muris aceto.
At ſi lympha nocens peruaſerit, anſeris aptus
Immittetur adeps, ceparum non ſine ſuco,
Qui grauis eſt oculis, ſenſum tamen auribus auget.
Vis et Phoebigenae diuinam diſcere curam,
Sitque vel annoſis confecta doloribus auris,
Allia tum ſeptem numero, ſeptemque lupinos
Puniceam

181) in patulas anim. *Hummelb. Tornaeſ.* 183) aut. *Ranz.* lympha potens. *Cod. Vrat. Hummelb. Ranz.* 184) ſine ſuco. *Put.* 185) quod grauis. *Lipſ. ed.* 186) vis Phoebi gentis. *Cod. Lipſ.* 187) Si vero. *Ranz.* ſi qua. *Conſtant. in marg.* vel *deeſt in Cod. Reg.*

181. *Si vero incautas* — Quidam libri non tam eleganter *in patulas.* *incautas,* improuidas, nec praecauentes ad ea, quae irrepſerunt, animalia auertenda. Murinum fel cum aceto *Plinius* XXIX, 5. commendat. Hunc *Plinii* locum Noſter verbotenus deſcripſit. — *K. Plinius Valer.* I, 9. eadem tradit, quae *Plinius* verus. *B.*

183. *lympha nocens.* Potens alii. Hae voces a librariis frequenter permutatae ſunt. *B.*

184. *ceparum* ſucum quum veteres, ex quibus ſua poeta hauſit, *Dioſcorides* v. g. II, 181. ad oculorum varios affectus laudauerint, non hic verſus ſic intelligendus eſt, vt cepas oculis inimicas eſſe poeta putet, verum quod oculos ſucus irritet et lacrymas ex iis eliciat. *A.* Ad aquas ex auribus eliciendas *Dioſc.* eod. cap. cepas commendat. Notandum, quod ceparum nomine et allia et porrum veniant, quare et *Sereno* paſſim haec tria confunduntur. — *K.*

186. *Phoebigenae.* Circe Dea eſt, cuius in herbis maxima fuit potentia *Homer.* Odyſſ. 20. — *Caeſar.* Scholiaſtes in hunc locum intelligit Circen, quum forte rectius de *Aeſculapio* intelligi poſſit, vt et hic *Hummelbergius* recte coniecit. *Wolph.*

188. *Septem.* Neo-Platonicorum numerum ſacrum redolet. Quae ſuperſtitioſa Noſter laudauit, huic ſectae, cui addictus fuiſſe videtur, maxima ex parte debentur. *A.*

189. *Puni-*

Puniceam dabis in teſtam: tum Delphica frondis
Addatur, mixto totum feruefcat aceto:
Doctus eris tepidos illinc immittere rores.

189) Caeruceam dabis intextam - vel Delph. *ed. Ven. Lipſ.* muritiam. *Cod. Leid.* muriceam. *Hummelb.* ceruciam. *Cod. Lipſ. Put.* Cermiam. *Cod. Vrat.* Ceruſſam. *Ranz.* in teſta. *Ranz.* cretaceam. *Cod. et edit. plures.* Cerveiam. *Cod. Paderb.* Punicea dabis in teſta, tum Delphica frons his. *Cod. Collin.* in textam. *Cod. Wolph.* tum *deeſt in Cod. Vrat.* frondes. *Ranz.* 190) totum vt ferueſcat. *Conſt. in marg.* 191) trepidos illic. *Cod. Voſſ.*

189 *Puniceam — in teſtam.* id eſt ex putamine mali Punici. *Pictor.* Indes τῃ κιμωλιᾳ, cuius frequens et appoſitus in medicina vſus (*cretaceam* legit *Keuchen.*) Falluntur qui Samiam intelligunt, vt infra cap. 35. inepta expoſitione: *Nec non quae ſtagnis — olla. K. Muriceam* dabis in textam *Hummelb.* legit, id eſt lanam murice infectam. *B.* Nos ex doctiſſimo *Hummelbergio*, et *Burmanno* ſuadente, *puniceam* in textum recepimus, lectionem iam a *Pictorio* et *Caeſario* receptam, metro reſpondentem veterumque, inprimis eorum, ex quibus ſua *Serenus* hauſit, effatis. *Oleum ex Delphica,* inquit *Plinius* XXIII, 8. *ad aurium dolorem valet in mali punici cortice tepefactum. Celſus* porri ſucco cum laureo oleo vtitur. Conf. *Plin. Valer.* I, 10. et 11. vid. et Rhod. in lex. Scribon. in *granata mala. A.*

Delphica frondis. Eleganter pro lauri frons. Antiqui enim frondis nominandi caſu dicebant. Vel *Delphica frondis*, vt *Vlpianus* tit. de naufrag. et incendiar. *variae punitionum,* vbi male ſpecies vir eruditiſſimus ſubintelligendum cenſet. *K.* De ſimilibus nominatiuis vid. ad Quinctil. Decl. VI, 17. *B.*

CAPVT XIII.

Oculorum dolori mitigando.

Summa boni eſt alacres homini contingere viſus,
Quos quaſi cuſtodes defenſoresque pericli
Proſpiciens ſumma natura locauit in arce:
Sic tamen, vt nullos paterentur deſuper ictus,
Atque ſupercilio pauidi tegerentur opaco.
Sed dolor immeritum lumen ſi forte laceſſit,
Lana madens oleo noctu connectitur apte
Viuentisque nepae lumen geſtatur amicum.

Ex

192) homini *deeſt in Cod. Reg.* 193) quod quaſi. *Putean.* 195) Si tamen. *Ranz.* 196) teguntur. *Cod. Vrat.* reteguntur. *Cod. Collin.* 199) viuentisque. *Put.* viuenti venae. *Ranz.* virentisue nepae. *Cod. Keuch.* teſtatur a. *Cod. Lipſ.* ſumen geſt. *Hummelb.* amictum. *Leid. et ed. vet.*

192. *Summa — viſus.* Etſi vero alacres viſus, vt cap. I. *alacrem capitis vigorem*, pro integris capi poſſent, malim tamen *acres viſus. Alacres viſus* nondum legi, et ſi occurrunt, de laetitiae ſignis capi debere puto, vt apud Minuc. Felic. cap. 4. Deinde acer et alacer ſaepiſſime confunduntur in ſcriptis, vt Virg. Aen. XII, 337. vbi *acer* alii codd. *B.* Tamen nullus codex *acres* habet. *A.*

193. 194. *Quos — arce.* Cf. *Cicero* de nat. Deor. II, 36. *Minuc.* in *Octau.* 17. *Theoph. Protoſpatarius* de fabrica corp. hum. IV, 16. *K.*

196. *Atque ſupercilio* — *Lactant.* de opific. Dei. cap. 10. Recte pauidi dicuntur oculi, quod tremuli ſint et palpitantes. vid. quae infra notamus *ad internecanda quae oculos impediunt*, quod caput transpoſitum poſt hoc videtur reponendum. Sic et in antiquo meo MS. comparuit. *K.*

197. *immeritum.* eleganter de re inanimata. vid. *Propert.* II. III, 3. vid. ad *Nemeſian.* cyneget. 195. *B.*

198. *connectitur.* eſt idem quod adligatur, membro ſcilicet dolenti. *B.* Succidam lanam ex *Plinio* et *Dioſc.* commendat. *A.*

199. *nepae.* Scorpionis. *Pictor.* Cic. de finib. V. *Hummelb.* Nepa pro cancro; inde

Ex ſolio caulis cineres, confractaque thura,
Et laticem Bacchi foetae cum lacte capellae,
Deſuper induces, atque vna nocte probabis.
Hyblaei mellis ſuci cum felle caprino
Subueniunt oculis dira caligine preſſis.
Vettonicae manſus ſiccabit lumina ſucus.

Si

200) confectaque th. *Ranz.* 201) foedae. *Ed. Lipſ. Caeſar.* mamellae. *Cod. Keuch.* 202) ſi ſuper inducas. *Ranz.* 203) ſuccus. *Cod. Vrat.* ſacci. *Cod. Wolph.* canino. *Cod. Keuch.* 204) aegra calig. *Heinſ.* 205) tritus ſiccab. *Cod. Voſſ.*

de imitari nepam. καρκινον λοξοβατων. *Plinius* XXXII, 7. *cancri oculos adalligatos collo, mederi lippitudini dicunt. K.*

200. *confracta.* id eſt trita in mortario, vel ſaxo fracta. *B.*

201. 202. *Et laticem — induces.* Non reſpuenda lectio codicis auiti *foetae cum lacte mamellae.* Nec diſſident medici, qui tale quid oculis ex cruore ſuffuſis praeſcribunt, cum thuris polline. vid. *Dioſc.* II, 78. Sic eleganter et indubie veram lectionem reſtituimus. — *K.* Quam tamen lectionem nos non recepimus, quum inuſitatum latinis ſit, lac humanum aut muliebre *lac mamellae* dici. *A. Foeta* dicitur quae peperit, et inde lacte turget. Ita infra cap. 18. *foetae cum lacte capellae.* Foetam dici et grauidam et partu liberatam docet *Seruius* ad *Virgil.* Aen. I, 51. ſed de animalibus nunquam dici de grauida, ſed iam enixa, cenſet *Cerda,* ad *Virg.* Aen. VIII, 630. *B.*

203. *Hyblaei — ſubueniunt.* *Keuchenius* felle canino legere maluit, *Plinii* XIX, 5, auctoritati innixus. Nos autem hanc lectionem probare non poſſumus, quum *Plinius* et *Dioſcorides,* quibus auctoribus Noſter maxime in poemate ſuo conſcribendo vſus eſt, canini fellis alter admodum parcam, alter nullam, caprini vero copioſiſſimam mentionem faciant; *Dioſc.* inprimis II, 96. fel caprae ſylveſtris ad varios oculorum morbos et ſuffuſiones laudat. *A.* Fel caprinum optime illuſtrat *Hummelbergius.* *Plin. Valer.* inter alia miſceri iubet mel Atticum et fel hircinum. I, 18. et 20. — De variorum animalium et vulturum felle ad oculorum morbos a veteribus laudato v. *Bochart* Hierozoic. II. II, 26. — *B.*

205. *Vettonicae.* Ex *Ant. Muſa, de herb. vetonica.* 5. *Vetonica*

Si tenebras oculis obducit pigra ſenectus,
Expreſſae marathro guttae cum melle liquenti
Detergere malum poterunt, vel vulturis atri
Fella, chelidoniae fuerint quîs gramina mixta.
Haec etiam annoſis poterunt ſuccurrere morbis.
Fel quoque de gallo mollitum ſimplice lympha
Exacuet puros, demta caligine, viſus.
Siue columbarum fimus admiſcetur aceto,
Seu fel perdicis parili cum pondere mellis.

Vina

208) poterint. *Putean.* 209) chelidonio f. quae gramine mixta. *Cod. Vrat. Paderb. Lipſ. Hummelb.* quae gramine, *Ranz.* 210) ſuccedere m. *Put.* 212) exacuit. *Cod. Vrat. Hummelb. Caeſar.* 213) miſcetur. *text. Keuchen. alior.* admiſcet. *Cod. Paderb.* 214) fel perducis. *Cod. Vrat.* pari. *Cod. Reg. Put.*

tonica manducata aciem oculorum clariorem facit. 4. *Vetonica deducit ad inferiorem partem eum ſanguinem, qui caliginem oculorum facit.* Vid. *Rhod.* in Lex. Scribon. in Betonica. *A.*

207. *marathro.* foeniculo. *Pictor.* Foeniculi ſuccum maxime efficacem ad oculos veteres tradiderunt, *Dioſc.* III, 81. *Euporiſt.* I, 41. *Plin.* XX, 23. alii. De felle vulturino paria fere habes apud *Plinium.* XIX, 6.

209. *chelidoniae.* celebratiſſima veteribus ad oculos medicina. Vid. *Plinius* XXV, 8. *Dioſc.* II, 211. *Gramina* herbam proprie ſignificat, hic vero, metri forte cauſſa, ſucum ex herba. Tamen et de viſu, hirundinibus excoecatis, admota chelidoniae herba, reſtituto *Plinius* et *Dioſcorides,* l. cit. loquuntur. *A.*

211. *Fel quoque de* — ἀλεκτορίδος λευκῆς, habet *Dioſcorides. Plinius* etiam de gallo conſentit, XXIX, 6. albo, cum *Dioſcoride.* — *K. Plin. Valer.* I, 18. *fel pulli pugnacis* habet. *B.*

213. Hic verſus in Colinaei editione deeſt. *Plin.* l. c. *Fimum columbarum ex aceto ad aegilopas.* De felle perdicis conſ. *Plinius.* l. cit. Omnia fere a *Plinio Serenus* mutuauit. — *K.* Hic verſus deſideratur etiam in Lipſ. editione: in *Caeſarii* et *Pictorii* etiam ſequens abeſt, in Veneta et Lipſienſi quatuor deſunt. *Admiſcetur* Cod. Paderb. et ed. Ald. recte: prima enim in fimus corripitur.

vid.

Vina chelidoniae ſimili ratione iugantur,
Efficiuntque ſuo praeclaros vnguine viſus:
Aſpera quin etiam mulcent et rupta reducunt.
Si genus eſt morbi miſerum, quod lumen adurit,
Hic calor infuſo miteſcit lacte canino.
Anguibus ereptos adipes aerugine miſce,
Hi poterunt ruptas oculorum iungere partes.
Si vero horrendum ducunt glaucomata peplum,

Spiritus

215) rat. plicentur. *Ranz.* 216) Eff. ſuos. *Cod. Vrat.* inguine. *Cod. Vrat.* 217) et fracta. *Cod. Voſſ.* reducent. *ed. Leid.* 218) morbi, miſerum. *edit. paene omn.* miſerum morbi. *Riu. Ranz.* 219) miteſcet. *Hummelb.* niteſcit. *Venet. Lipſ.* 221) raptas. *Put.* 222) ducent. *Hummelb. Riu. Ranz. Tornaeſ.* glaucom. plumbum. *Cod. Vrat. Putean. Voſſ. Leid. Conſt. in marg.*

vid. ſupr. cap. 6. et infr. 38. et 53. *B.* In *Riuini* editione verſ. 213. et 214. pro ſpuriis habentur. *A.*

218. Omnes fere hunc verſum ita legunt: *Si g. eſt morbi, miſerum q. l. a.* quod ſenſui nullo modo reſpondet. *A.*

220. *Anguibus — partes.* *Plinius* XXIX, 6. *Anguium adeps aerugine mixtus ruptas oculorum partes ſanat.* Ruptas partes vocat euerſionem palpebrarum, λαγωφθαλμον Graeci appellant, vt teſtatur *Celſus* VII. conf. *Dioſc.* V, 88. *Aetius,* VII, 71. *K.* *Ruptae partes* oculorum rectius de corneae et aliarum oculi partium vlceribus intelliguntur. *A.*

222. *glaucomata.* Glaucoma oculorum vitium eſt, ex humoris cryſtallini vitio. Peplum, nebulam *Pictor.* Priſcis medicis Glaucoma humorum ſuffuſio fuit, qui inter corneam et cryſtallinam concreſcentes viſum impediunt. cf. *Paulus Aegin.* VI, 21. *A.* Peplum, non dubito, quin vera lectio ſit, libri tamen plumbum conſtanter affirmarunt. Qui hoc affectu laborant, videntur quaſi per *peplum,* id eſt nebulam videre. *K.* *Heinſius* coniiciebat *limbum.* *Peplum* quaſi velum poſſumus capere, quo obnubilantur oculi ex glaucomate. *Hummelbergius* plumbum ex *Plinio* XXV, 2. de vitio oculi explicat, peplum vero pellem et tunicam exponit, ita vt dubius ſit. Quum vero glaucoma proprie ſit cryſtallini humoris in colorem caeſium

Spiritus alterius prodeſt, qui grana cumini
Pallentis mandens viſus exhalat in ipſos.
Si tumor inſolitus typho ſe tollat inani,
Turgentes oculos vili circumline coeno.

224) pall. madens. *Ed. Venet. Lipſ.* exaltat in ipſ. *Cod. Vrat. Leid.* 225) Si t. infeſtat, rufos et gliſcit in orbes. *Conſt. marg.* tofo. *Conſt. marg.*

ſium ſ. glaucum mutatio, potuit fortaſſe ad peplum *Mineruae*, quae γλαυκῶπις dicitur, reſpicere. Vid. de glaucomate *Foeſ.* Oecon. Hipp. et *Gorraei* deſ. *Horrendum* dicit, quia color caeſius horrendus, vnde *caeſius leo*. vid. *Giſan.* ind. Lucret. *B.*

225. 226. *Si tumor — coeno.* Huius verſus variae admodum lectiones ſunt. *Wolph.* ſic habet: *Si tumor inſolitus tuſis et duror inhaeret. Collinaeus: Si t. i. tuſis, et gliſcit in annis,* et ad marg. *inanis. Gryphius* ad marg. *infeſtat, rufos et gliſcit in orbes. Cod. Wolph. rufos, et gliſcit in annos. Hummelb.* Leid. ed. vet. *tuſis et duror inhaeret.* Venet. *tuſos, et gliſcit in annis.* Caeſar. *tuſis et gliſcit in annis.* marg. Conſt. *tofo ſe tollat inani. reliqui rufos et gliſcit in annos.* In Puteano, Regio et Lipſienſi codd. hi duo verſus deſunt, in Rancouii vero edit. in caput XIV. errore infra notando tranſpoſiti ſunt. *A.* Sic, vt edidimus, hic verſus legendus eſt. Libri partim eodem modo exhibuerunt, partim leui mutatione, *tofo ſ. t. i.* quod interpretis eget. *Typhus* veteribus omnis ſubita inflammatio eſt. Qui *rubros et gliſcit in orbes* legere malunt, ophthalmiam exponi putant; quibus non adſentior, noſtra enim lectio multo venuſtior eſt, et vetuſtior. — *K.*

CAPVT

CAPVT XIV.

Dentium vitio et oris faetori medendo.

Haud facile eſt acrem dentis tolerare dolorem,
Quo magis eſt aequum medicam pernoſcere curam.
Quum Baccho violas decoxeris, ore teneto.
Manſus item prodeſt ſucis oleaſter acerbis:
Hinc oſcedo fugit, linguae quoque vulnera cedunt.
Cum vino piper et nitro tepidum inde dolenti.
Saepe chelidoniae ſuco, vel lacte capellae
Saneſcunt dentes, aut tauri felle iuuantur.

Aut

227) toleraſſe. *Cod. Vrat.* 228) quod magis. *Cod. Vrat.* pernoſc. vitam. *Cod. Leid.* 229) cum Baccho. *Hummelb. Conſt. Riu. Ranz.* 230) idem. *Cod. Leid.* 231) obſcaedo. *Cod. Leid. Putean. Ald. Lipſ. Venet.* 232) cum nitro piper et vinum tepidum iniice denti. *Hummelb.* pipere. *Ranz.* nitrum. *Cod. Paderb. Riu.* et nitrum tepida. *Ald.* indito. *Riu.* denti. *Riu.* 233) vt lacte. *Cod. Vrat.* 234) Sanantur. *Cod. Vrat.* Seneſcunt. *ed. vet.* iuuantur. *Cod. Reg.*

229. *Plinius Valerian.* I, 37. *Violam ſiccam in vino coques, idque calidum in ore tenebis.* et ita centies *Celſus* et alii. vid. *Keuch.* ad cap. 4. Taxatur *Burmannus* a Morgagnio Epiſt. in Ser. II. p. 319. quod in facili hoc loco interpretando nimis difficilis fuerit. *A.*

230. *acerbis.* de oliuis immaturis. *Pictor.* Sucum foliorum oleae ſylueſtris intelligit poeta. *Dioſc.* de olea ſylueſtri I, 137. *Manducata* ſanant oris vlcera et aphtas. *K.*

231. *Oſcedo.* oris graueolentia. Alias pro oris vitio accipitur, quod et oſcitatio dicitur. *Caeſar.* *Oſcedo*, quaſi oris extenſio dicitur a ſuperfluitatibus in muſculis mandibularum. *Pictor.* *Hummelbergius* hunc locum ex A. *Gellio* doctiſſime explicat. Eſt oſcedo pituitae acris ſubinde et exulcerantis in oris internas partes decubitus, quem amaro et adſtringente ſucco oleae ſylueſtris depellere ſuadet noſter. Oſcedinis quoque mentionem *Marcellus* facit, ſub eaque vlcera oris intelligit. cap. 11. *A.*

236. *Man-*

Aut acidi latices clauſo voluuntur in ore.
Manditur apta rubus gingiuis et bona labris.
    Lentiſcus myrtusque emendant oris odorem.
Quod vero adſumſit nomen de dente fricando,
Ceruino ex cornu cinis eſt: aut vngula porcae
Torrida, vel cinis ex ouis, ſed non ſine vino,
Muricis aut toſti, vel bulbi exſtincta fauilla.
Ambitioſa putas, ſunt iſta ſalubria cunctis.
    Exeſos autem dentes ſi forte quereris,

Vre

235) clauſae. *Ed. Venet. Lipſ.* 236) apte. *Lipſ.* 237) olorem. *Cod. Keuch.* 238) de lente. *Putean.* 239) coruino. *Pith.* 240) vt cinis. *Cod. Vrat.* ſine vitro. *Ald.* 241) muris. *Cod. Lipſ.* aut cocti. *Cod. Voſſ.* toxti. *ed. Lipſ.* vt bulbi. *Cod. Vrat.* bului. *Ranz.* 243) exoſos. *Pictor.* queraris. *ed. Caeſar.*

236. *Manditur* — Alii non diſtinguunt et legunt: *et bona labris lentiſcus.* quod non placet. Rubus pro foliis ruborum. *Plin. Valer. pampinos ruborum*, id eſt folia, eodem ſcopo praeſcribit. I, 36. *ruborum, in quibus mora naſcuntur, pampini — commendantur aduerſus mobilitatem dentium.* De rubo cf. *Dioſc.* IV, 37. *Gingiuas firmant et aphtas ſanant folia maſticata. K.* Conf. *Caſaubonus* ad *Athenaeum*, II, 2. ex quo omnia hic *Keuchenius* ſcripſit. *B.*

237. *Lentiſcus.* Forte *emendans*, vt myrto addat hoc epitheton, vt lentiſcus bona labris. Sed alii aliter diſtinguunt. *B.*

239. *ceruino — cinis;* Cuius deſcriptionem habes optimam apud *Dioſc.* II, 63. *Plin.* XXVIII, 2. *dentes mobiles confirmat ceruini cornu cinis.* Vſitatiſſimum eſt inter dentifricia veterum cornu cerui vſtum. *Torrida porcae vngula* toſta aut cremata eſt. *Serenus* cap. ſeq. *torrida braſſica flammis.* De dentifriciis v. *Plin. Valerian.* I, 36. — *K.*

242. *Ambitioſa.* pretioſa. Sic vocabant pretioſas antidotos; veteres enim ſplendidis et ambitioſis titulis ſua ornabant. *K.* His opponuntur *vilia.* cf. *Sulpit. Seuer.* Dial. I, 5. *erat vilibus texta virgultis, non multo ambitioſior, quam noſtri hoſpitis tabernaculum.* Ita omnia ad ſplendorem parata ambitioſa dicuntur. vid *Lind.* ad *Amm. Marcell,* XIV, 7. *B.*

244. *patulis*

Vre fimum muris, patulis et hiatibus adde:
Vel cinerem dentis ceruini extinguere aceto
Conuenit, atque cauis immittere partibus apte.
Prodeſt et puluis lumbrici corpore toſto.
Ora ambuſta cibo ſanabis lacte canino.
Saepe etiam gelida gingiuas collue lympha,
Dentibus vt firmum poſſis ſeruare vigorem.
Si vero infandum proſerpit ad intima vulnus,
Permiſceto ſalem parili cum pondere turis,
Hinc tractato locum, miram experiere medelam.
Aut

244) patulisque et hiantibus. *Ald.* hiantibus. *Riu.* dentibus adde. *Ranz. Cod. Collin.* 246) dentibus apte. *Riu. Ald. Cod. Wolph.* 248) peruſta. *Cod. Vrat. Hummelb.* 249) calida. *Cod. Keuch.* 253) hic artolaganum, miram. *Cod. Leid. edit. vet.* ſalutem. *Cod. Paderb.*

244. *patulis et hiat. adde. Hiantibus* plures legunt, et ſubintelligunt dentibus. Hiatibus tamen paene omnes praeferunt, dentium ſcilicet ſubintelligentes. *A.*

245. *extinguere.* hoc eſt in paſtam redigere.

247. *lumbrici — toſto.* Cineres lumbricorum intelligit, quod ex *Plinio* XXX, 3. manifeſte patet. Isque locus et verſ. noſtri 239. et 240. illuſtrat. *A.*

248. *Ora — canino.* Hunc verſiculum codex auitus infra repetit cap. 60. poſt *iunge chelidoniis.* — Forte et hic lacte caprino, vt alibi haec confuſa: nam *Plin. Valer. caprino lacte vtiliter colluuntur.* Certe eius maior copia. *B.*

249. *gelida.* niſi malis calida, vt in auito ſcriptum erat. *K.* gelida defendit *Hummelb.* ex *Plin.* XXVIII, 4. Intra verſ. 248. et 249. verſum 253. vsque ad 256. hinc tractato locum, neſcio, quo auſu, *Ranzouius* poſuit. *A.*

253. *Hinc tractato locum.* Hi verſus omnes in *Riuini* edit. plane deſunt, in *Ranzouii* edit. vt iam monui, transpoſiti. Verſus autem 254. *Aut tu ſume* — in *Ranzouii* edit. transpoſitus dicto modo eſt, in aliis autem Codd. MS. *Pict. Leid. Reg.* et edit. *vet. Venet. Lipſ. Hummelberg.* plane deeſt. *A.*

D 255. *Haec.*

Aut tu ſume pilam, quae caudis haeret ouinis,
Haec ſiccata dabit molles et fracta farinas.
Huius et attritu tetrum mulcebitur vlcus.

255) dabunt. *Ranz.* effracta. *Cod. Wolph. Ranz.* freſa. *Heinſius.* 256) Eius. *Cod. Leid.* attritis. *Pith.* attrita. *Ald.* attritum. *Cod. Vrat.* attactu. *Conſt. m.* miſcebitur. *Cod. Vrat.*

255. *Haec.* ſubaudi medela, id eſt commiſtio. *Caeſar.* Hic vero pariter verſum 254. non habet. *Haec pila ſiccata — dabit — farinas:* ita conſtruenda ſunt haec verba. *B.*

256. *attritu — Plinius* de medicina lanarum: *ſordes quoque caudarum concretae in pilulas ac ſiccatae per ſe tuſaeque in farinam et illitae dentibus mire proſunt etiam labantibus, gingiuisque, ſi carcinoma ſerpat. K.*

CAPVT

CAPVT XV.

Vuae, faucibus, collo, et quae mollienda ſunt, medendis.

Aegreſcunt tenerae fauces, quum frigoris atri
Vis ſubiit, vel quum ventis agitabilis aër
Vertitur, atque ipſas flatus grauis inficit vndas;
Vel

258) vt quum. *Cod. Vrat.* 259) verritur. *Cod. Keuch. Conſt. in marg.* auras. *Cod. Keuch.* vndis. *Collin.* vnda. *Cod. Vrat. Hummelb.*

257. *atri.* Non placet hoc epitheton, nec quis atrum frigus dixerit ſcio: artum vocari, vt adſtrictum, poſſe credo. *B.* Difficultatem nullam video, quum atrum a veteribus omne corpori humano inimicum vocetur venenum, caet. Eadem *Morgagnii* mens eſt Epiſt. in *Ser.* II. pag. 320. *A.*

258. *Vis ſubiit* — Autumnale et vernum tempus faucibus maxime infeſtum, ob tempeſtatem in eo variam ventosque graues. Haecque horum verſuum mens eſt. *Vertitur* autem ventis aër, cum iis furentibus quaſi *verritur*, quod vltimum a *Sereno* ſcriptum libri teſtantur et probari poteſt ex *Virgilio* Aeneid. I, 43. Georg. III, 201. et Aen. I, 59. A. Gell. XX. cap. vlt. — *K.* *Vndas* plurimae edit. habent; ego *auras* reſtitui, ex *Scaligeri* et *Conſtantini* ſententia, quae rectior eſt, quum grauis ventus vndas moueat, non inficiat. cf. *Ouid.* Met. III, 75. Neque ex graui flatu vndas inficiente faucium aegritudo facile oritur; grauis enim flatus hic non tam tempeſtatem quam peſtilentem et morbos creantem, vt autumno eſſe ſolet, ſignificat. vid. ad *Ouid.* I. Art. 231. *Morgagnius vndas* explicat de impetu graviore, percuſſibus et pulſibus ventorum, quia *Lucretius* II, 151. aërias vndas dixit. Epiſt. I. ad Vulp. pag. 265. qui et mallet *afficit* vel *impetit.* — *Burm.* Vndarum nomine *Serenus* ex *Morgagnii* mente Epiſt. ad Vulp. II. pag. 322. praefrigidum potum intellexit. Sed puto poetam de faucium adfectione loquutum, tempeſtate ventoſa exiſtente. *A.*

 260. *rabi-*

Vel rabidus clamor, fracto quum forte ſonore
Planum radit iter. Sic eſt Hortenſius olim
Abſumtus: cauſſis etenim confectus agendis
Obticuit, quum vox domino viuente periret,
Et nondum extincti moreretur lingua diſerti.
Ergo omni ſtudio quaeres inhibere dolorem.
Simplicibus lymphis confunditur aerium mel,
Additur

260) rapidus. *Cod. Vrat. Hummelb.* facto. *Cod. Keuch. Conſt. in marg.* factus cum voce ſonora. *Ranz.* 261) plenum r. *Cod. Vrat. Putean.* Oſtenſius, *in marg.* Porcenſius. *Cod. Lipſ.* 263) mandante per. *Ranz.* 264) et maridum. *ed. Venet. Lipſ.* 265) autem omn. *Conſt. in marg.* enim ſt. *Conſt.* quae res. *Ranz.* dolores. *Ranz.*

260. *rabidus.* In foro et iurgiis *rabidae* voces rectius, quam rapidae. vid. ad *Claudian.* I. in Rufin. 44. *Stat.* V, 96. *B.* Ex *Lucretio* haec habet. IV, 531. 532. 536. *Morgagn. fracto — iter.* Fractus ſonor eſt, quum nimia contentione vocis et rabie loquenti quaſi fatiſcit vox et planas aliter fauces radit et exaſperat; neſcio vero, an *Cicero* in *Bruto* cap. 96. proprie loquatur de voce, quam perdidit, an metaphorice. *Q. Hortenſii vox exſtincta fato ſuo eſt* — de immaturo enim obitu eius, quo eloquentiae eius finis eſt factus, potius agere videtur. Errauit forte *Serenus* de verbis *Ciceronis,* vt iam animaduertiſſe video *Baylium* in lexico critico, in Hortenſio, et erraſſe *Glandorpium,* qui in actione cauſſae clamore diruptum fuiſſe ex hoc loco probat. Simúlque *Baylius* oſtendit, paucis antè mortem diebus cauſſam oraſſe cum ſumma eloquentiae laude. — *B.* Vera tamen poetam dixiſſe, ex ipſo *Cicerone* fuſe probat *Morgagn.* Ep. II. in *Ser.* p. 323. *A.*

264. *moreretur.* ita interciperetur, vt mutus euaderet.

265. *Ranzouius* legit: *quae res inh. dolores Hos poſſit, cunctis certe arbitror eſſe notandum.* quod quidem, vti et monuimus in epiſtola noſtra in *Q. Seren.* pag. 222. non male quadrat. In aliis autem *Sereni* editionibus omnibus ne mentio quidem huius verſus occurrit. *A.*

266. *aërium mel.* Locus princeps Noſtrum illuſtrans eſt apud *Virgil.* Georg. IV, 1. et *Plin.* XI, 12. *Caeſar.* Mannam intelligi putat *Pictorius.* De huius aërei mellis inſigni

Additur excuſſus niuea ſimilagine furfur,
Decocta haec clauſo ſimul exercentur in ore.
Praeterea fauces extrinſecus vnguere prodeſt
Vrſino et tauri ſeuo, cerisque remiſſis,
Omnia quae geminis aequabis lancibus ante.
Diſce etiam miram ex humili medicamine curam.
Actiaco melli iungas agreſte papauer,
Decoctumque ſimul mandes, manſumque vorabis.
Crinitae porri radices quinque coquantur,
Hinc aqua non feruens voluatur fauce ſonora,
Nec tamen in ſtomachum deſcendat gutta patentem.
Si vero adflictam languor deiecerit vuam,
Tunc

268) exarcentur. *ed. Caeſar.* 270) vrſino. *def. in Venet.* Vrſino tauri. *Lipſ. Venet.* taurino. *Cod. Vrat. Reg. Put.* c. liquatis. *Cod. Keuch. Conſt. marg.* 271) gerulis. *Cod. Keuch.* 272) ex vili. *Cod. Keuch. Voſſ. Conſt. in marg.* 273) Ac cyato. *Cod. Wolph. Hummelb. Riu.* mellis. *Riu.* iunges. *Riu.* criniti. *Ranz. ed. Caeſar.* 276) voce ſonora. *Cod. Reg.* faucis in ora. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet.* 277) pauentem. *Cod. Reg.* potentem. *Cod. Lipſ.* gluttu-patentem. *Cod. Keuch.* 278) affixam. *Conſt. in marg.*

inſigni ad faucium morbos vſu conf. *Dioſc.* II, 101. et *Plin.* libr. 22. Singulare mellis genus intelligere non videtur poeta, de quo *Plinius. A.*

268. *exercentur.* i. e. collutio fiat. *Pictor.*

270. *remiſſis.* i. e. liquatis. *Caeſar.* laxatis. cf. locum *Virgil.* Georg. IV, 35. quem *Hummelbergius* producit. *B.*

272. humile hic ambitioſo medicamini opponitur, quia plebs eo vti ſolet. *Burm.*

273. *Ac cyatho mellis* plures cod. et edit. habent. Hanc tamen lectionem veram eſſe haud puto, quum Noſter fluidarum rerum menſuram raro indicet. *A.* Malim *iunges,* ob ſequentia *mandes* et *vorabis. B.*

276. *Hinc — ſonora.* gargarizetur. *Pictor.* vid. infr. verſ. 283. et ſupra v. 268. notanda differentia inter oris collutiones et gargariſmata.

278. *Si vero* etc. De vua procidente videtur intelligendus; quae κιονις κεχωλασμενη *Dioſc.* L. V, 21. quare *affixam* non male ex collatis aliis poſſet reponi. Nihil tamen mutamus. *K.*

 283. *pala-*

Tunc horas aliquot pronus recubare memento:
Aut illam puluis toſti releuabit anethi,
Aut cinis ex cochlea, vel torrida braſſica flammis.
Verum angina ſibi mixtum ſale poſcit acetum,
Quod refert clauſo verſum agitare palato.

281) vt t. *Cod. Vratisl.* 282) angina vero mixtum. *Cod. Vrat. Collin. Wolph. Ranz.* aſt ang. *Hummelb. Riu.* nitro mixtum ſale. *Hummelb. Riu.* Anginam vero miſtum. *Cod. Collin.* 283) quod prodeſt. *Ald. Pictor.* referas clauſo. *Ranz.*

283. *palato.* Hoc verſu in pluribus Codd. et editionibus huic capiti finis imponitur, verſuque, *At ſi ceruices,* caet. XVI. caput incipit. In codice Regio Pariſio, Vratislauienſi, ab Ill. *Grunero* nuper collato, Puteano, Keucheniano, nec non in codicibus, quibus Gabr. *Hummelbergius*, *Ranzouius*, *Riuinus* vſi ſunt, verſus 284. verſui 283. nulla interiecta inſcriptione capitis adhaeſit, quod ſine dubio rectum eſt et inſcriptioni capitis XV. *et quae mollienda ſunt mollien-dis* egregie reſpondet. Veteres enim medici, vt in epiſtola noſtra in Serenum p. 222. probauimus, ceruicis rigorem maxime mollientibus medicinis ſanarunt, eaeque, quas *Serenus* in hoc capitulo commendat, omnes ex mollientium claſſe ſunt. *A.*

CAPVT

CAPVT XVI.

De rigore ceruicis.

At ſi ceruices durataque colla rigebunt,
Mira loquar, geminus mulcebitur vnguine poples,
Hinc longum per iter neruos medicina ſequetur:
Anſeris aut pingui torpentia colla fouebis.
Illinitur valido multum lens coɛta in aceto,
Aut caprae fimus et bulbi: aut ceruina medulla,
Hoc etiam immotos fleɛtes medicamine neruos.

Quos

284) Aut ſi. *Cod. Vrat.* 285) geminis mulcebit. *Cod. Vrat.* 286) Hic. *Lipſ. Tornaeſ.* longos. *Cod. Wolph. Ald. Pictor. Riu.* pariter. *Cod. et edit. omn. praeter Cod. Paderb. et ed. Pith.* 287) at pingu. *ed. Leid.* torrentia. *Cod. Vratisl. Putean. Reg. Lipſ. Riu. Ranz.* ſouetis. *text. Conſt. Keuch.* fouebunt. *Cod. Voſſ.* 288) Inlitur et. *Cod. Wolph.* Illinit et. *Ed. Venet.* inlitur. *Cod. Leid. Reg.* illitor. *Putean.* Illinit et valido multum aut ceruina medulla. *Ed. Lipſ.* 289) ex bulbo. *Cod. Vrat. Leid. Lipſ. Reg. Hummelb.* et bulbo. *Put.* bubuli. *Cod. Keuch. Ranz.* ex ceru. *Leid.* 290) motos. *Cod. Reg.*

285. *Mira.* Eadem phyſica *Marcellus* vocat. Mira autem haec ſuperſtitioſa non ſunt, ſed mira tantum medicamenti aɛtio eſt, quod popliti illinitur, et ceruici medetur. *K.* — *A.*

286. Vtique hic verſus ita legendus eſt, vt ex Codd. MS. *Burmannus* eum reſtituit. Eo enim *mira illa*, de quibus poeta loquitur, explicantur. *A.*

287. *Anſeris. Pingue* dicitur, quia latine nec pinguedo, nec pinguitudo dicitur; vt docet *Seruius* ad *Virg.* Georg. III, 124. conf. et infra cap. 53. *B.*

289. *Bulbus* vtique legendum. *βολβος* enim a Graecis eodem conſilio praeſcribitur: inde prouerbium de eo, qui obſtipo capite incedit, *βολβȢς ζητει. K.* In edit. Venet. hic verſus deſideratur. *B.*

 291. *tolles.*

Quos autem vocitant tolles, attingere dextra
Debebis, qua gryllus erit preſſante peremtus.

291) tullos. *Ranz.* colles. *Ald.* 292) gallus. *Ald.* erat. *Caeſar.*

291. *tolles.* *ανθιαδες*, et per diminutionem *tuſillae* vel *tonſillae* tumor in faucibus, ab attollendo, hoc enim adfectae fauces turgeſcunt. *Conſt.* vid. *Reineſ.* Var. Lect. II, 8.

292. *Gryllus.* Ex ſuperſtitioſa medicina. Grylli auctoritatem magnam perhibet *Nigidius*, maiorem magi, quoniam retro ambulet, terram terebret, ſtridat noctibus. Eandem ſuperſtitioſam medicinam commendat *Plin.* XXX, 4. *K.*

CAPVT

CAPVT XVII.

Tuſſi et choleribus medendis.

Noxia ſi penitus cholerum ſaeuire venena
Perſpicies, cocta lactucae fronde leuabis.
Proderit et caules adſumere, ſaepe madentes.
Interdum fauces tuſſi quatiuntur atroci,
Allia tum ſumes decocta et melle perуncta,
Semine vel raphani permixto dulcia mella.
Aut ſi fraxinea ſemen de fronde reuellis,
Interiora vora, vetitus contingere dente.

Ouum

293) cholerae penitus. *Ranz.* ſi cholera. *Cod. Putean.* cholerae ſaeu. *Cod. Reg. Vratiſl. Hummelb.* penitus holerum. *Conſtant.* cholera ſaeu. *Leid. Ed. vet.* 294) Praeſpicies. *ed. Lipſ.* 297) tum ſumes. *Riu. Ranz.* ſumis. *Cod. Wolph. Leid. Reg. Vratiſl. Hummelb.* ſumes et cocta. *Ald.* 298) ſemina. *Cod. Lipſ. Conſt.* permixta. *Ald. Pictor. Ranz.* melle. *Cod. plures.* 299) reuelli. *Ed. Lipſ.* 300) integriora. *Cod. Vratiſl. Wolph. Hummelb. Tornaeſ.* integrum id ore vora. *Heinſ.* veritus. *Riu. Conſt. marg.*

293. *cholerum.* Aeui vitio *Th. Reineſius* in addend. ad v. l. p. 679. *Samonicum* bilem choler nuncupaſſe credit, vnde *cholerum* probat. *B.* Genitiuus eſt pluralis χολερων, graeca flexione. *Caeſar.*

295. *caules.* ſcilicet lactucae. *Plin. Valer.* II, 25.

298. *Semine.* Quaenam lectio praeferenda, *ſemina* an *ſemine,* diiudicabunt herbarum periti, qui ſciunt, an raphani ſemina dulcia ſint. Certe raphanus ipſe amarior, et ad amarorem iſtum mitigandum mella admiſcentur. Ita lactucae ſemen melle temperandum docet cap. ſeq. — Firmat hanc lectionem maxime locus cap. 9, verſ. 122. Quare nos ſemine praeferemus. *Dulcia* raphani ſemina certe nemo facile dixerit. — *B.*

300. *Interiora* — integriora paene praeferrem, ob ſequentia *vetitus.* Sed *interiora* ſenſum difficilem non dat. *A.*

 301. *do-*

Ouum melle teres domitum feruentibus vndis
Marrubiumue potens: haec faucibus optima ſumes,
Frenabisque grauem facili medicamine tuſſim.

301) gummi melle t. *Ranz.* teris. *edit. Venet.*

301. *domitum.* i. e. coctum. *Pictor.* Eleganter *domitum*; vt cap. 23. et 32. Sic valde coctum et elixum vocat. Intelligit poeta ouum durius in aqua coctum, ὠὸν ἑφθὸν, cui opponuntur τα τρομητα, tremula et ſorbilia. *Marcellus* leuiter decoctum ouum eo remedio praeſcribit. — *K.*

302. *Marrubiumue potens:* Sic omnino diſtinguendum eſt: nam marrubium cum melle decoctum ſuſpirioſis et tuſſientibus eo modo a veteribus praeſcribitur. cf. *Dioſc.* III, 119. — *K.* Locus princeps eſt apud *Dioſc.* Euporiſt. II, 32. conf. *Conr. Geſneri* in hunc loc. commentar. et *Plinius* XX, 22. *A.*

CAPVT

CAPVT XVIII.

Digeſtioni et ſtomacho medendo.

Qui ſtomachum regem totius corporis eſſe
Contendunt, vera niti ratione videntur.
Huius enim validus firmat tenor omnia membra:
At contra eiusdem franguntur cuncta dolore.
Quin etiam, niſi cura iuuat, vitiare cerebrum
Fertur, et integros illinc auertere ſenſus.
Lactucae ſemen nigrae, quod lignea pila
Triuerit,

305) vere. *Cod. Keuch.* 307) aut. *Cod. Put. Lipſ.* et contra. *Cod. Wolph. Hummelb.* quo c. *Cod. Vrat. Leid.* quae. *Cod. Paderb.* 308) iuuet. *Cod. Vratisl. Hummelb.* 309) internos illic au. *Putean.*

Cap. XVIII. Licet carmine omni modo capitum inſcriptiones recentiores ſint, quod vel ex eo patet, quod cuique paene codici manuſcripto alia capitum inſcriptio ſit, tamen in hac inſcriptione Cod. et edit. mire variant. De digeſtione ſtomachi Cod. Vrat. habet, vt ſtomacho ſuccurras, *Ranzovius*, concoctioni *Riuinus*, et *Geſnerus*, vt alios taceam. *A.*

304. *ſtomachum regem.* cf. *Theod. Priſcian.* II, 29. *Aretaeus* diut. II, 6. *Plin. Valer.* II, 23. — *K.*

307. *At contra*, caet. Sic recte ſcriptum eſt, vt et ante me *Barthius* vidit Adu. XXVI, 27. qui digne *Mercurialem* incuſat, quod tautologiae *Serenum* damnauerit, ita vltimum producendo: *Et contra eiusdem firmantur cuncta vigore.* Quem ne quis defendat, ſciat, ita laudari verſus hos in Polycratico L. VI. cap. 24. *Ioannis Sarisberienſis. K.* Producit et hos verſus anonymus Leobienſis Chron. IV, p. 909. quem edidit nuper H. Pez. qui in ſecundo verſu *τῷ vera* deficitur, in tertio *his et enim.* hoc verſu *ac contra eius franguntur* deinde *niſi cura iuuet.* deinde *internos illic auertere.* vocat vero *Q. Serenum* metrificatorem. *B.*

312. *trimum*

Triuerit, admixto ieiunus ſumito melle.
Sed cochlear trinum guſtu tibi ſufficit vno.
Aut tritum ſemen raphani mulſumque iuuabit:
Siue duae partes abſinthi et tertia rutae
Decoctis potantur aquis, ſiliquaeque madentes,
Semina vel marathri foetae cum lacte capellae,
Puleium quoque decoctum curabit amice.
Et potu et fotu ſtomacho conducit acetum.
Seu cochleas vndis calefactas ac prope victas

Suppoſitis

312) trino - vnum. *Cod. Vratisl. Leid. Hummelb. Caeſar. Pictor. Riu.* trino - vno. *Cod.. Put. Reg. ed. Ven. Lipſ.* ſuſcitat vno. *Cod. Lipſ.* 314) ac tert. *Cod. Put. Reg. caet.* 315) potentur. *Ranz.* 317) puniceum quoque. *Cod. Keuch.* amicum. *Cod. Keuch.* 318) foetu ſtom. *Lipſ.* conducet. *Riu.* cond. anethum. *Cod. Vrat. Wolph. Edit. Ven. Lipſ. Ald. Riu. Pictor. Hummelb.* 319) iunctas. *Ald. Pictor.*

312. *trinum — vno.* Variant hic lectiones. Senſum puto eſſe, trina cochlearia (id eſt quantum tria capere poſſent) vnico hauſtu et continuo eſſe bibenda. Ita c. 57.

> Cui tu terna dabis guſtu cochlearia in vno. *B.*

Et nimis parca quantitas eſſet innocui penitus medicamenti, ſi tertia tantum pars illius, quod vno cochleari capi poſſet, praeciperetur. *A.*

315. *Siliquae* — de foeno Graeco. vid. infr. cap. 24. — *Conſtant.* Siliquam dulcem, ceratoniae fructum, in aqua madefactam, intelligit, recte monente *Hummelbergio.* Forte et recentem ſiliquam, natiuo ſuo madore gaudentem voluit. Sed contradicunt *Dioſc.* I, 159. et *Plinius,* XXIII, 8. recentem ſiliquam ſtomacho inimicam putantes. *A.*

317. *Puleium — amice.* Nauſeas et ſtomachi interciſiones, vt habet *Dioſcorides.* Quare in hoc verſu nihil mutandum, quamuis Codex auitus puniceum decoctum habeat. — *K.*

318. *acetum.* Anethum plures habent, frequenti librariorum errore. Acetum mox ſequitur verſ. 326.

319. *ſeu — victas.* id eſt *nondum domitas,* vt interdum loquitur. *Dioſc.* II, 11. *marina ſtomacho idonea eſt et facile aluo redditur. Athenaeus* ad

Suppoſitis torre prunis, vinoque garoque
Perfuſas cape: ſed prodeſt magis eſſe marinas.
At male digeſtis ſi crapula ſaeuiet eſcis,
Ex pipere et calida florem de rore marino
Ebibe: ſeu ſalibus piper adde et tenue cuminum,
Quae coctis tingues epulis et rapta vorabis.
Aut

320) torrens. *Ald.* torrere. *Cod. Vratisl. ed. Venet.* 321) pruinis cape. *Lipſ.* carpes. *Cod. Wolph.* vt prodeſt. *Edit. Venet.* ſed *deeſt in Lipſ.* 322) et male. *Ranz.* digeſtas – eſcas. *Cod. Lipſ.* 324) lene. *Cod. Keuch.* tunde. *Ranz.* 325) epulis tinges. *Pictor.* tanges. *Cod. Leid. Paderb. Lipſ. Putean. ed. vet. Venet. Ald.* ac rapta. *Ald. Ranz.*

ad ſtomachi aegritudines purpureas cochleas laudat. — *K.* Aliquid notaui ad *Quinctil.* VI, 3. p. 554. Plura etiam reperies apud *Rosweid.* ad *Paulini* carm. II. *B.*

320. *garoque.* Garum liquoris exquiſiti genus eſt, ex piſcium maceratis inteſtinis confectum. *Plin.* XXXI, 7. IX, 17. *Dioſc.* II, 31. De garo vid. ad Petron. cap. XXVI. Ignotam fere gari confectionem plurimi confitentur. *Io. Langius* vero Epiſt. I, 59. Venetiis ſe ad veterum praeſcriptum confeciſſe iactat, vbi et de variis garorum generibus agit. *B.* οινογαρον intelligit. cf. *Aet.* III, cap. 90. Oenogari frequens mentio eſt apud *Apicium.* — *K.*

322. *ſaeuiet.* ſingultit. Praeſcribitur enim medicamentum ad ſingultum. *Keuch.* Ventriculi ex cruditatibus affectiones intelligit a ciborum vſu nimio inductas, non ſingultum. Rarum autem eſt *crapulam* morbum hic dici ab eſcis male digeſtis ortum, quum proprie de capitis affectione a vini ingluvie inducta valeat. cf. *Plin.* XXIII, 1. Explicit hoc verſu in *Cod. Lipſ.* caput, verſuque *ex pipere* — nouum incipit, codici XIX.

324. *tenue cuminum.* κυμινον αγριον *Dioſc.* III, 69. eſt.

325. *Quae — vorabis.* Sic optimi librorum referunt, quomodo placet omnino legendum. Praeſcribit enim medicamenta, quae inter caetera obſonia et edulia vncta poſſunt deglutiri, nam *tinguere coctis epulis* eſt iisdem vnguere et vncta comedere. Sic *tingere in aceto lactucam Cato* dixit. cf. *Perſius.* VI, 20. *Vorare* eſt deglutire.

Aut cubitum pergens ſucum cape triſtis aceti.
Ventriculus mergi raptus, ſale tritus et vſtus
Toſto pane ſuper, piperis quoque puluere multo
Miſcentur, capies diuinum munus in iſtis.
Proderit hoc ſtomacho, victas et concoquet eſcas:
Grana

326) tr. anethi. *Tornaeſ. Ald. Venet. Lipſ. Pith. Gryph. Caeſar. Pictor.* 327) Ventriculis m. r. ſal. *Cod. Paderb. Conſt.* toſtus et vſtus. *Conſt. marg.* iactus ſal tritus et vsque. *Cod. Lipſ.* 328) pane ſuper toſto. *Ald. Caeſar. Pictor. Riu.* piperi quoque. *Put.* piperis quae. *Ald. marg.* 329) Miſcetur. *Conſt. marg.* 330) auctas et. *Cod. Vrat.* dictas. *Caeſar.* concoquit. *Put.*

glutire. *Plin. Valer.* II, 25. *cum ſit horridius verbum vorare, tamen et in mollibus ponitur.* — *K.* *Tinges epulis.* cibo inſperges et cum eo veſceris *Hummelbergius* recte explicat. *A.*

326. *aceti.* Haec vera lectio eſt, nec altera (anethi) minor. — Graecis omnibus acetum eſt *ευϛομαχον.* Tamen et anetho veteres ſtomachicas virtutes tribuerunt. — *K.* Triſte anethum dici nequit, quod alibi ſuaueolens vocat. Triſtia poetis veteribus omnia dicuntur, quae aut viſu, aut odore, aut ſapore ingrata ſunt. Acetum et anethum ſaepe in hoc libro a librariis confuſa ſunt. *B. A.*

327. Huius verſus maxime variae lectiones ſunt. *Ventriculum mergi iacto ſale contere valde* Cod. Wolph. *v. m. raptus, ſal tritus et uſtus.* ed. Wolph. ex cod. *v. m. tactus ſale, granaque thuris* *Hummelb.* Cod. Leid. edit. vetus. et Riu. *v. m. iactus ſal teriacusque.* Putean. *ventriculum mergi actus ſale eriacusque.* Cod. Reg. *ventriculis mergi raptis ſal tritus et vsque.* Cod. Voſſ. ed. Venet. *ventriculum m. iacto ſale contere valde.* Ranz. *ventriculus mergit tacta ſale grana inuſta* Cod. Vrat. *ſal tritus et uſtus (toſtus* in marg.) Conſtant. habet. Ex *Aëtio* deſumta haec *Keuch.* putat, ſed recentior *Aëtius Sereno* eſt. Illuſtrat tamen *Aëtii* locus poetam: *mergi ventrem torrefactum et ſali modico admixtum crudis bonam concoctionem facere tradunt.* — Verſ. 328. in Cod. Lipſ. penitus deeſt. *A.*

330. *Proderit* — Hic verſus in *Cod. Vratiſlau.* et ab Aldo in finem capitis transpoſitus eſt. *A.*

331. *diffun-*

Grana peregrini piperis diffindito quinque,
Niliaco melli quae mane inſerta capeſſes.

331) deſundito. *Hummelb. Riu. Ranz.* 332) Nichalao molli. *Cod. Paderb.* Nicolao molli. *Cod. Keuch.* Nicolao - capeſſis. *Cod. Reg.* Nicolausque rapo. *Cod. Put.* Hyblaeo. *Hummelb. Riu.* Hiliaco. *Cod. Wolph.* hinç oleo molli. *Cod. Leid.* Succo mellis enim. *Ranz.*

331. *diffindito.* de integris granis loquitur, ſciſſis et cum melle ſumtis. Poſt hunc verſum in Cod. Lipſ. verſ. 328. ſequitur. *A.*

332. *Niliaco.* ex arundinibus collecto. *Pictor. Nicolao molli* genus eſt palmularum, de quibus *Plinius. Conſtant. Niliacum* Atticum eſt. — *K. Nicolao* Heſychius III. in *Nicolao Damaſceno* dicit, illum ita dilectum ab *Auguſto*, vt placentas ab eo miſſas *Nicolaos* vocauerit, quod in hunc diem manere addit. vid. ibi *Meurſii* not. et quae alibi notatunt viri docti ad *Plin.* et infr. cap. 23. — *Keuchenius* non facile perſuadebit, Niliacum mel eſſe Atticum. *B.* Aegyptium mel intelligit, de quo vid. *Plin. A.*

CAPVT

CAPVT XIX.

Fellis vomitui et phthiſi arcendis.

Lutea ſi creſcunt et cunctis noxia fella,
Allia parua nouem, piperis tot permole grana,
Quae cyatho diluta gari mandesque bibesque:
Haec iterum ſeptena capis, poſt denique quina.
Praeterea caules, frondet ſi parua ſabucus,
Decoctos ſale permiſces, ac iungis oliuo:
Tunc capis, ac tali auxilio fella horrida purgas.

Proſunt

333) creſcant. *Voſſ. Cod.* creſcent. *Put.* L. horreſcunt. *Cod. Reg.* praecunctis. *Ald. Pictor. Riu.* fundis nox. *Cod. Keuch.* roſea f. *Cod. Vrat.* creſcunt in fundum et lumina fella. *Cod. Leid. ed. vet.* 334) grana nouem. *Cod. Lipſ.* 336) ſeptem capies. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet.* capies. *ed. Ven.* capes. *Putean.* 337) caulem. *Cod. Wolph. Vrat.* caule. *Ed. Ven. Lipſ.* ſi frondet. *Cod. Vratisl. Ranz. Hummelb.* caule ſi fr. p. ſabucis. *Putean.* paruae ſabuco. *Hummelb.* 338) decocto. *Cod. Wolph. Putean.* decoctae. *Cod. Reg. Ranz.* ac vngis decoctam - ſpargis. *Cod. Lipſ. Cod. Putean.* oliuum. *Ald. Hummelb. Caeſar.* 339) tum. *Cod. Vrat. Hummelb. Riu.* ac tali purgas medicamine fella. *Cod. Wolph. Paderb.*

333. *Fundis. Morgagni* Epiſt. I. pag. 273. probare videtur, ſed vt ſit a *fundo,* pro *vomitu reddis.* adloquitur enim lectorem, vt centies et modo vltimo verſu capitis praecedentis. Mihi *prae cunctis* noxia non diſplicet. *B.* Probat iterum in altera Epiſt. *Morgagn.* p. 325. pro *cunctis fundis* reſcribi debere, quod veteres bilem luteam cunctis noxiam non putauerint. Sed de turgente bile flaua poeta loquutus eſt, *cunctis* vtique ex veterum mente noxia. *A.*

335. Phyſica iterum ex impari Neo - Pythagoreorum numero medicina eſt, nec ſenſus verſuum, quamvis aliter *Keuchenio* videatur, difficilis. *A.*

339. *Medicamine* in *Cod. Wolph.* et *Paderborn.* eſſe gloſſam τȣ *auxilio* puto, quod paſſim a medicis ponitur pro medicamine. Malim vero *hinc*

capis,

Proſunt et pelagi latices, quos pondere iuſto
Dulcibus adſocias lymphis mellique liquenti.
Et niueus prodeſt ex vbere ſucus aſellae,
Si tepido vinum infundas, ac mella piperque.
At vomitum radix narciſſi pota mouebit.
Si vero phthiſis annoſo ſedet improba morbo,
Intritas vino cochleas hauſiſſe iuuabit.
Proderit et veteris ſeui pila ſumta ſuilli,

Carne

341) dulc. adſoluas. *Cod. Reg.* nymphis. *Leid.* 343) tepidum. *Hummelb.* vino. *Ald. Ed. Venet. Tornaeſ. Lipſ. Pith. Gryph. Caeſar. Pictor.* 344) Ad. *Cod. Wolph. Putean. ed. Venet.* narciſci. *Ranz.* 345) annoſa. *Pictor.* 347) atque adipis veteris. *Cod. Wolph. Leid. vet. ed. Hummelb.* et veteris pil. ſ. ſ. Quos capulas. *Cod. Vrat.*

capis, id eſt ex caulibus ſabuci oleo et ſale mixtis. ita ſaepe *hinc* et *illinc* vid. ad c. 34. *B.* Sequitur in Codice Paderb. poſt hunc verſum:

Quos ſcapulas quosque perducit medicina ſalubris. *A.*

340. *iuſto.* id eſt aequali. *Caeſar.* Ita mox iniuſte, v. 352. vid. et cap. 39. *iuſte ſociatum.* — *B.*

343. *Si tepido vinum.* Non *ſi tepido vino* infundas, quod medicorum commiſtioni repugnat. *K.*

344. *Radix narciſſi.* Narciſſus bulbus eſt vomitiuus, ſine tunicis amaris, flore albo in medio croceo. *Serapion.* aggreg. cap. 188. *Dioſc.* IV, 161. *Pictor.* Vomitorium narciſſum vocat *Plin.* XXI, 19. — *B.* Bulbus vomitiuus certe non eſt, de quo *Dioſc.* II, 201. Lilii ſpeciem Narciſſum *Sereni* et *Dioſc.* eſſe *Hummelbergius* autumat. Videtur tamen narciſſus veterum cum narciſſo poetico Lin. eiusque varietatibus conuenire. *A.*

345. *ſedet.* eleganter de morbo lento et diuturno dictum. vid. *Heinſ.* ad Ouid. III. triſt. IX, 18. — *B.*

347. *pila* pro pilula hoc loco ſumitur, quod Graecis dicitur καταποτιον. *Caeſar.* v. ad cap. 8. *Reineſ.* II, var. lect. 8. de minuta portiuncula ſeui capit. *B.*

Carne aſinae ſeuoque caprae medicina ſalubris.

348) Quo ſcapulas quoque perducit m. ſ. *Cod. Lipſ. Ranz. Rit.* quo ſcapulis quoque. *Cod. Wolph.* quae capulas quoque producit m. ſ. *Ald.* quo capulas quoque perducit m. ſalutis. *Cod. Put.* quo capulas quoque perducit m. ſalubres. *ed. Venet. Lipſ.* quae ſcapulas quoque perducit m. ſ. *Cod. Paderb.* lacte aſinae. *Cod. Keuch.*

348. Difficile eſt ex tanta lectionum (quam ſupra adduximus) varietate verum producere. Forte: ex *Aldi* filior. edit. *quae ſcapulas quoque perducit medicina ſalubris. Perducere* eſt unguere, tractare, fricare. Sed vulgatam defendit ex vtroque *Plinio Morgagn.* Epiſt. I. pag. 291. vt et fecerat *Hummelb.* Non extra veri ſpeciem eſt *Keuchenii* lectio, *lacte aſinae.* Malim ergo legere *lac* (vel *lacte)* aſinae *ſeuumque caprae: medicina ſalubris* (ſcil. eſt.) aliter enim ſcabri quid in conſtructione eſt. Lacte pro lac dixiſſe patet ex not. ad cap. 62. et *Petron.* 38. et 71. hinc ſcribae credentes lacte ablatiui caſus, *ſeuo* etiam fecerunt, quum forte *ſeuom* fuerit ſcriptum, de quo c. 21. *B.*

Nihil omnino mutandum; omnia enim a verſu 347. ex *Plinio* deſumſit Noſter, quem ſemper paene ſequitur. *Plinii* verba ſunt: *Phthiſicis medentur — macrae ſuis feminae herbis paſtae lardum, carnes aſinae ex iure ſumtae.* XXVIII, 17. cf. *Plin. Valer.* I, 61. Scabrae, quas *Burmannus* vocat, conſtructiones *Sereno* haud valde inſolitae ſunt, nec ob eas quid facile mutandum. Probauit haec et *Morgagn.* Epiſt. I. p. 291. nec non epiſt. II. pag. 326. 327. *A.*

CAPVT

CAPVT XX.

Mammis ſanandis vel ſtringendis.

Vbera fecundo multum lactentia ſuco
Saepe ſibi noxae nimium manando fuerunt:
Faece igitur valida duri reprimentur aceti.
Poſt partum tumidas iniuſte adſurgere mammas
Interdum adſpicies: harum mala commemoratur
Murinus

349) vetuſto. *ed. Ven. Lipſ.* valida lact. *Cod. Reg.* valde. *Put. Leid. Voſſ. Vrat. Lipſ. ed. Ranz.* lactantia. *Cod. Putean. Leid. Voſſ. Keuch. Lipſ.* 350) noxa. *Cod. Wolph. Put. Reg. Hummelb.* noxia ſaepe ſibi. *Cod. Lipſ.* 351) reprimantur. *Cod. Vrat.* reprimuntur. *Ranz.* 352) timidas. *ed. vet.* murinum. *Cod. Reg. Put.* 353) adſpicias. *Leid. Lipſ.* male. *Leid. Lipſ.*

349. *lactantia* Ad oram *edit. Conſtantin. lactentia* lego excuſum, quod alteram ei lectionem praebuit, ſed abſurdam. Vbera lacte abundantia *lactare,* non *lactere,* quod lac ſugentium eſt, dicuntur. — *K.* Licet vbera diuerſo reſpectu *lactantia* et *lactentia* dici poſſint, vt ratione infantis ducentis vbera *lactantia* ſint, ratione vero matris *lactentia,* et hinc ſemper fere in ſcriptis hae voces confunduntur, vid. Ouid. VI. Met. 342. et VII, 321. quia tamen hic additur *ſuco fecundo, lactentia* mihi vnice probatur. dictum enim eodem modo, vt *ſegetes lactentes et herbae,* et *lac herbarum* paſſim poetis dicuntur. de quibus vid. mea ad *Ouid. faſt.* I, 351. cf. *Celſ.* II, 29. Centies in his verbis errarunt librarii. vid. infr. cap. 24. et 46. *B.*

351. *duri.* acerrimi *Conſt. Celſ.* II, 30. *duram* aquam vocat, *quae tarde putreſcit.* et contra cap. praeced. *teneram. Durum vinum* cap. 45. et 49. *Keuch.* explicat *vetus.* ſed ibi variant exemplaria, et quaedam *purum* habent. vid. cap. III. *B.* conf. *Dioſc.* V, 132. *Plin.* XXIII, 2. ex quo Noſter haec habet. *A.*

352. *poſt partum — liquore. iniuſte* eſt affectione praeter naturam. *Plin.* XXX, 14. *fimum murinum aqua pluuia dilutum mammas mulierum a partu tumeſcentes reficit.* et ibid. de lumbricis: *vermes terreni per ſe impoſiti mammarum ſuppurationes concoquunt et aperiunt* —

Murinus fimus ex pluuio ſedare liquore.
Sin autem clauſas penitus dolor angit acerbus,
Lumbricis terrae turgentes vngue corymbos.
Si caſtigatas ſtudium eſt praeſtare mamillas,
Ex hedera ſertis ambas redimire memento

Protinus,

354) marinus. *Pictor.* ſedaſſe. *Ranz.* 355) penitus clauſas. *Cod. Vrat. Hummelb.* clauſus. *ed. Venet. et Caeſar.* accruum. *Cod. Reg.* 356) turgendas. *Cod. Keuch.* iunge corymb. *Ranz. Riu.* 357) Sin. *ed. Caeſar.* ſic. *ed. Venet. Lipſ.* eſt reparare. *Ranz.* papillas. *Cod. Wolph. al. text. Burm. Keuch.* 358) hederae. *Cod. Put. Leid. Reg. ed. vet. Hummelb. Ranz.* ſartis. *ed. Lipſ.*

355. *penitus clauſas.* Obſtructas mamillas recte explicat *Hummelberg.*

356. *corymbos.* hederae baccas. *Pictor.* mammarum papillas. *Conſtant. Hummelb.* Hederae baccas *Keuchenius* et *Burmannus* cum *Pictorio* intelligunt, verum modo, vt ſenſum ex his verſibus nullum poſſim eruere. *Turgentes corymbi* hic noſtro ſunt vaſa lactea in mammis ex inflammatione praeter naturam turgida, eaque in inflammatis mammis, ob inflammatoriam congeſtionem, in tantos tumores eleuantur, vt tangenti digito corymborum formam offerant. *A.*

357. *mamillas.* Papillas plurimi, cum iisque *Keuchen.* et *Burmann.* legunt. mamillas Cod. *Wolfii* et *Hummelbergii* edit. habet. *Caſtigatas mamillas* ſ. mammas et *Hieron. Mercurial.* v. l. V, 3. expoſuit, nec non *Th. Bartholin.* de luc. homin. et brutor. I, 17. qui v. 358. *ex hederae foliis* legit. De papillis certe ſermo eſſe nequit, earum enim luxuries tam rara eſt, vt, me aliquid de ea in medicorum ſcriptis legiſſe, non meminerim. Mammarum autem luxuries frequens formae dehoneſtamentum eſt, de quo *Martial.* in celebri epigrammate: *Mammoſas* metuo, *tenerae* me trado puellae, *Carnarius* ſum, *pinguiarius* non ſum. et *Horatius.* cf. *Petr. Lauremberg* paſicompſe nov. cap. 18. *A.*

358. 359. *Ex — coronas.* Recte diſtinguitur redimire memento protinus, et raptas, vt edit. *Gryph. Conſt. Pith. Caeſar.* — *Burm.* *Flammis* *Burmanno* magis placet, ſed fumis retinendum eſt. Antiqua enim eſt ſuperſtitio de tabe ab illotis veſtimentis fumo traditis inducta, et de eodem morbo ab vrina et ſaniſſimi hominis fumo ſiccata inducto. Eundem effectum

et

Protinus, et raptas fumis mandare coronas:
Anſeris aut ſeuum pariter cum lacte tepenti,
Aut ouum illinito, tulerit quod garrula perdix.
Praeterea pluuio decocta papauera rore
Haereſcant, multis poſt diſſoluenda diebus.
Vis et Phoebigenae coeleſtia ſumere dona,
Vbera quum tetris laniata doloribus horrent?
Nauis ramentum, et quae nomine praſſion herba eſt,

Et

359) raptis. *Lipſ.* flammis mand. *Ald.* ſumo. *Cod. Paderb.* mundare. *Cod. Reg.* 361) Proderit aut ouum, tulerit. *Riu.* aut ouium illitum. *Cod. Vratisl.* illitum. *Cod. Putean. Reg.* illito. *Cod. Wolph.* in luto. *Collin.* aut ouum impoſitum. *Hummelb.* garrula cornix. 363) haerebunt. *Hummelb. Riu. Leid. ed. vet. Lipſ. Caeſar. Pictor.* prius. *Ranz.* abſoluenda. *Cod. Putean. Reg. Lipſ. ed. Ven. Ald. Ranz.* 365) dol. urgent. *Cod. Keuch. Vrat. Hummelb. Conſt. al.* 366) Napis. *Ranz. Tornaeſ.* habis. *Putean. Reg.* nam bis. *Leid. ed. vet. Ven. Lipſ. Cod. Vrat.* ſparſion. *Cod. Reg.*

et hederae coronas, quibus mammae praegrandes circumdatae fuerant, fumo exſiccatas habere Noſter putat. *A.*

361. *Aut ouum — perdix.* Iterum ex ſuperſtitioſa medicina. *Plinius* loco ſupr. cit. *Ouorum perdicis putaminum cinis ſtantes* (hoc eſt naturalem ſuam et renitentem duritiem habentes, quae luxuriantibus mammis haud propria eſt) *mammas conſeruat. Putant et ter circumductas ouo perdicis mox inclinari.* Circumductas eſt illitas. *A.*

364. *Phoebigenae.* vel *Circen*, vel *Aeſculapium* intelligit *Pictor. Aeſculapium* intelligit. v. ſupra quae ad cap. XII. protulimus. *K.*

365. *Vbera — horrent.* Remedium praeſcribitur mammis a partu tumentibus vel praeter naturam vrgentibus, id eſt angentibus. *vrgent* igitur melius eſt, quam *horrent. K.* *Horrent* Cod. Put. Reg. ed. Venet. Lipſ. Aldin. Caeſar. Pictor. quod mihi placet prae *vrgent*, *horrent* enim eſt rigidae ac durae ſunt. Adſcripſerat gloſſator turgent, vnde *vrgent* factum credo. Ita *horrere membra* dixit *Ouid.* Met. VII, 631. pro rigere, torpere, et de frigore et rigore paſſim vtuntur hoc verbo poetae. *B.*

366. *Nauis ramentum.* Zopiſſa. *Conſtant.* Eſt raſum de nauibus vnguen, de quo in-

fra,

Et quae vulgari ſermone inſana vocatur,
(Graecus hyoſcyamon propria ſcit dicere lingua)
Nec non et calami radix lapathique legumen
Mixta dabunt miras, experto crede, medelas.

368) Graecos ſcit. *Ranz.* iusquiamon. *Ranz.* 369) calami adeps. *Putean. Reg.* exacuis adipes. *Cod. Wolph.* ligumen. *Putean.*

fra, cap. 29. τὴν Ζωπίσσαν Graeci vocant. cf. *Dioſc.* I, 98. Cera autem et pice naves vngebantur. — *K.* *Ramenta carinae* vocat cap. 24. de cera, qua naues vngebantur, vid. *Scheff. de milit. naval.* I, 5. et *Gronou.* ad *Liv.* XXXVIII, 45. *Praſion* eſſe marubium latinis, docet *Hummelbergius.* — *B.*

367. *inſana.* ab effectu. *Pictor.* De hyoſcyami generibus vid. *Plin.* XXV, 4, *K.* Mirari ſatis nequeo, viros tot eruditos ineptam et omni metro aduerſantem lectionem tam diu retinuiſſe, *Graecos — ſcito.* De *Keuchenio* non miror, ſed non mutaſſe ſtupeo ipſum *Conſtantinum* et *Morgagnium.* — *B.* Defendit ſe in epiſt. II. pag. 314. *Morgagn.* *A.*

369. *calami.* aromatici *Pictor.* Forte *ex calamis* ſcribendum. *B.*

370. *Mixta — medelas.* cf. cap. 22.

CAPVT

CAPVT XXI.

Reiectioni cibi aut ſanguinis reſtringendae.

Si ſtomachus nondum concoctas exſpuit eſcas,
Et magis atque magis vitium reuomendo valeſcit,
Allia caedemus, crebrumque trahemus odorem.
Sin etiam rutilus refertur pectore ſanguis,
Sorbitio menthae, raphanus vel cocta iuuabit.
Saepe

Cap. XXI. Ad medendam cibi reiectionem, vel ſanguinem ſtuggandum. *Cod. Keuch.* Reiectione - abſtinenda. *Cod. Putean.* Reiectionibus abſtinendis. *Hummelb.* Reiectioni - abſtinendae. *Cod. Reg. Ald. Riu.* abſtinentiam. *Cod. Wolph.* 372) ſed magis. *Cod. Wolph. Ald. ed. Ven. Lipſ. Caeſar. Pictor.* vitiis reuomendo. *Pith.* remouendo. *Riu. Ranz.* recolendo. *Cod. Vrat. Put. Lipſ. Reg. Paderb. edit. Venet. Lipſ.* 373) cedemus. *ed. vet. Venet. Lipſ. Ald. Pith. Caeſar. Pictor. Conſt. Gryph. Keuch.* cerebrumque. *Cod. Reg. Conſtant.* tetrumque. *marg. Conſtant.* 374) fertur de pect. *Cod. Keuch. alii.* confertur pect. *Tornaeſ. Caeſar. Pictor.* referetur. *Hummelb. Lipſ.* referatur. *Voſſ.* transfertur. *Paderb. al.* regeretur. *Heinſ. coniect.* 375) Sorbitium. *Cod. Keuch. al.* coctus raphanusue. *Ranz. Riu.* raph. vt c. *Cod. Vrat.*

373. *Allia.* Inter *πεπτικα* medicamenta allium etiam Graeci numerant. Forte legi poſſet *cerebroque tr. od.* i. e. ad cerebrum. *K. Caedemus Hummelberg.* habet, et hoc verum. *Ouid.* III. Faſt. 339. *caedenda eſt hortis eruta cepa meis. Tetrum* recte, vt puto; ita inter ea, quae odorem foedum mouent, allium et cepam recenſet *Celſus.* III, 20. *B. Crebrum* magis placet, ob copioſos odores, quos allium caeſum ſpirat. *A.*

374. *rutilus refertur. Sereno rutilus* nudum et leue ſanguinis eſt epitheton. *Dioſc.* III, 41. menthae ſuccum ſanguinem ſiſtere dicit. *K. Refertur* magis placet, quam reliquae lectiones, praeſertim *fertur de.* Mutata eſt lectio a nobis recepta ab iis, qui primam corripi non poſſe credebant. de quo vid. ad *Ouid.* Amor. VII, 62. — *B.*

375. *Sorbitio.* i. e. menthae ſuccus ſorbitio ſumtus. — *K. Dioſc.* Eup. II, 30. Raphanus hic foeminino genere ponitur, cum *Plinius* et alii maſculino genere efferant, et ita Graeci, cum Atticis

Saepe lapis teritur, (ſpecularem nomine dicunt)
Et mixtis hauritur aquis, ſiſtitque cruorem.
Vritur interdum raptus de ſubere cortex,
Et cinis ex calido prodeſt epota Lyaeo,

Ouorum

376) ſpecularis n. dictus. *Ranz. Riu. Hummelb.* ſpeculari n. dictus. *Cod. Vrat. Leid. Reg. ed. vet.* ſpecularem n. dictum. *Putean.* 377) hic miſtis. *Cod. Paderb.* 378) robore. *Cod. Keuch. alii.* 379) cinis Italico. *Cod. Keuch.*

Atticis tamen *ραφανις* diceretur, teſte Schol. *Ariſtoph.* in Plut. II, 59. an ergo *raphanis* dixit noſter? Non puto. Sed quia planta vel radix eſt, potuit foeminino genere efferre. — *B.*

376. *Specularem.* pro ocularem. de hoc panegyrim ſcripſimus, quem *Marbodaei* dactylothecae adiecimus. *Pictor.* cf. *Aeginet.* VII, 3. *σπεκλαριον. σφεκλαριον. διοπτρον. Neophytus* monachus in lex. herbar. *σπεκλον το του φεγγιτȣ ὑελιον.* h. e. *vitreum ex ſpeculari* lapide. Suidas: *σπεκλον* (forte *σπεκλαρ*) *ὑελιον.* Imo *ὑαλον* lapidem ſpecularem vocarunt antiqui Graeciae auctores, ſi fides *Ariſtoph.* ſcholiaſtae ad. nub. 766. *Plinius* de Hiſpania III, 3. *ſcatet citerior ſpecularibus lapidibus.* — *K.* vid. de hoc lapide *Salmaſ.* exerc. *Plin.* pag. 183. et 771. *B.*

378. *Vritur, caet.* Plures *robore* legunt, *de ſubere* cod. Putean. ed. vet. Venet. Lipſ. Ald. Hummelb. Caeſar. Pictor. Gryph. Pith. Tornaeſ. *Keuch.* Certe cineres praeſcribit ex arboris ad quercus genus pertinentis cortice praeparatos. *A.*

379. *cinis — epota.* Cinis foeminino genere profert, non absque priſcorum, tum poetarum, tum oratorum, exemplo. Auctor *Nonius Marcellus*, apud quem hic verſus citatur, *cum iam fulua cinis fueris. Caeſar. Dioſcorid.* Euporiſt. II, 31. *ſuber ex veteribus calceamentorum ſoleis* laudat. *Plin.* XXIV, 4. *Suberis corticis cinis ex vino calido ſanguinem exſcreantibus magnopere laudatur.* Aegin. III, 62. *Suberis* ex italico vaſe vſti *cinerem* commendat ad nimiam ſanguinis eruptionem, ex quo loco et codicis noſtri lectio: *ex Italico* probari poſſet. *Cinis epota* dictum eſt *αρχαικως.* vid. infr. cap. 43. *Scribon. Larg.* cap. 230. *K.* Vid. *Voſſ.* l. I. de analog. c. 29. add. et *Rhod. lexic. Scribon.* in *cinis. B.*

380. 381.

Ouorum cinis, aut cochlearum, aut denique melis,
Aut manſus ſalicum fructus prodeſſe putatur,
Aut platani pilulas acri infundemus aceto,
Nullus erit ſanguis, quem non cibus iſte moretur.

380) Quorum cinis. *Cod. Reg. Wolph.* ou. cutis. *Scalig. emend.* cochleas. *Cod. Paderb.* mellis. *Cod. Paderb. Ranz. Riu. alii.* molis. *Cod. Keuch.* pellis. *Cod. Put. Ald.* 381) aut cineris ſ. ramis. *Cod. Keuch.* aut c. e ſ. ramis. *Cod. Reg. Put. Ald. Cod. Wolph. Paderb. R. R.* aut cinis ſ. rami. *marg. Conſt. et Gryph.* aut manſus ſalicum flos vel. *ed. Ven. Lipſ.* manſus ſaluum fructus. *Caeſar. Pictor.*

380. 381. *Ouorum — putatur.* Deſunt hi verſus in Cod. *Wolph.* primus Ouorum — melis in Cod. Leidenſi. In veteri editione et *Hummelbergii* ambo deſunt, in *Riuini* vero edit. alio charactere notati ſunt. *A.* Tractauit hunc locum *Morgagni* Epiſt. I. pag. 249. qui melis legendum eſſe cenſet. Nondum tamen puto hunc locum integritati reſtitutum. — *B.* Nec mellis nec melis cineres ad ſanguinis per ſputa reiectionem veteres laudaſſe reperio. Ego *mellis* tamen paene praeferrem, eam ob cauſſam, quod melis animalis admodum parcus in veterum medicina vſus fuerit, Noſterque ſemel tantum adipem melis, quem et hodie quidam amant, commendet. Nec ſub ſalicum fructu quid intelligat ſcio. Magis placet *aut cinis e ſalicum ramis*, quod codd. et edit. plures habent. Nec tamen eſt, quod in hac difficultate diu haereamus; genuini enim hi verſus, quum in antiquiſſimis et maxime genuinis codd. deſint, non eſſe videntur, ſed a ſcriba, medicamentorum amatore, interpoſiti, quod inprimis ευπορισων ſcriptoribus veteribus frequenter accidit. *A.*

382. *pilulas — aceto.* Acre acetum non omne eſt, ſed magis ſcilliticum. Plin. XXIV, 8. *Platani pilulae infuſae cum aceto acri, magisque ſcillite, ſanguinem omnem ſiſtunt. K.*

CAPVT XXII.

Iecoris et lateris vitiis medendis.

Si molles iecoris fibras dolor hauriet acer,
Protinus ex mulſa potanda elelifphacus herba eſt:
Sumitur et ſemen, quod fraxinus alta profudit,
Vulturis atque iecur, vel ius perdicis apricae.
Praeterea ſimili drachma pix dura piperque
Franguntur, ſic in mollito puluere iuncta
Egelidis miſcentur aquis, recreantque bibentem,
Abſinthi quoque decocti potabitur humor.
Si latus immeritum morbo tentatur acuto,
Adcenſum tingues lapidem ſtridentibus vndis,
Hinc

Cap. XXII. med. et ad telum. *Ranz. Riu.* 384) mellis. *ed. Lipſ.* mollis. *Ald. ed. Ven.* dolor auget acerbus. *Cod. Wolph.* angit acerbus. *Cod. Paderb. Ranz. Riu.* 385) leliphagus. *Cod. Vrat. Ranz. ed. vet. Ven. Lipſ.* letiphagus: *Cod. Put. Leid.* eſt *Pith. deeſt.* 386) quod platanus. *Cod. Vrat.* platanus quod celſa profudit. *ed. vet.* 387) vulturiique iec. *Heinſ.* vultureumque. *Ranz.* vulturisue. *Cod. Vrat. ed. vet.* 388) pix dira. *Cod. Vrat.* 389) ſic commolito. *Conſt.* in mellito. *Ranz.* pulu. cuncta. *Cod. Vrat. Leid. Reg. ed. vet. Hummelb. Riu.* vincta. *Wolph.* 390) et gelidis. *Cod. Paderb. Leid. ed. vet.* 392) immeriti. *Conſt. marg.* 393) tinguens. *Cod. Vrat. Leid.* tingens. *Cod. Put. ed. vet. Conſt.* tingis. *Conſt. marg.* extingues. *Ald.*

384. *dolor angit acerbus.* minime adſpernandum, licet videri poſſit ſumtum ex cap. 20. ſed ita etiam verſ. 392. pars repetita ex cap. 2. Si vulgata ſeruanda, *hauriet* explicandum vt apud *Virgil.* Aen. X, 314. *latus hauſit*, et ſimilia; vt dolor vice teli vel gladii feriat, vt v. 402. et ita *tela doloris* dixit *Rutil.* I, 451. vbi vid. *Barth. B.*

385. *Elelifphacos herba.* Salvia. *Caeſ. Pict. Conſt. K. Salmaſ.* exerc. Plin. p. 234. et *Bodaeus* ad Theoph. VI, 2. pag. 570. — *B.*

386. *fraxinus.* cf. Plin. XXIV, 8. *K.*

388. *ſimili drachma.* aequali pondere. *Pictor.*

392. *acuto morbo* medice dixit poeta medicus. *K.* de voce *immeritum* v. ad cap. 13. *Horatium*

Hinc bibis, aut aceris radicem tundis, et vna
Cum vino capis: hoc praeſens medicamen habetur.
Quid referam multis compoſta Philonia rebus?
Quid loquar antidotum variis? dis iſta requirat,
At nos pauperibus praecepta feramus amica.
Nec non et iecoris quaeretur fibra lupini,
Iungen-

394) imbibet aut. *Lipſ.* bibes. *Wolph.* aut ceris. *Cod. Paderb.* 396) cilonia reb. *Cod. Vratisl. Wolph. Putean. Leid. Paderb. Reg. ed. Ven.* cydonia. *ed. vet.* 397) antidotum? vanus quis. *Ald.* antidotas varias. *Cod. Paderb.* quis iſta requirat? *Cod. et edit. plurim.* quis et iſta req. *Pith.* requirit? *Caeſar. Pictor.* 398) dicamus amica. *Cod. Lipſ. Vratisl. Putean. Leid.* loquamur. *Ranz.*

Horatium imitari ex illis Sat. III, 165. *quod latus aut renes morbo tentantur acuto.* docet *Morgagn.* Epiſt. in Ser. I. p. 276. *B.*

393. *tingues.* immittes et extingues. *Hummelb.*

394. *aceris radicem.* Eius radicem contuſam ad iecinoris dolores vtiliſſimam eſſe *Plinius* perhibet, XVI, 16. XXIV, 8. *Hummelb.*

396. *Philonia.* a *Philone* medico, de quo *Celſus*, VI, 6. et *Galenus* paſſim. *Compoſta philonia* eſt compoſitiones ex variis rebus, cuiusmodi *Philo* conficere conſueuerat aliique eum ſequnti. *Hummelb. Caeſar.* Graeci verſus, quibus medicamentum ſuum deſcripſit *Philo,* in *Gorraei* definit. med. reperiuntur a *Keuchenio* in not. vitioſe editi. *B.*

397. *antidotum variis?* variis rebus compoſitum, quale theriacum. *Conſt.* *Dis* in textum recepimus, ex *Riuini* textu, et *Gesneri* emendatione, quae lectio et *Burmanno* maxime placuit. Si poetae hunc finem in carmine obſeruatum ponimus, vt remedia paruis ſumtibus comparatu facilia maxime commendaret, quod et ex v. 523. et aliis locis patet, facile perſpicitur, *dis* genuinam lectionem conſtituere. vid. quae hoc loco adnotauimus in *Epiſt.* in *Seren.* p. 210. *A.*

399. *Nec — lupini.* Phthiſicis lupinum iecur commendat *Plin.* XXVIII, 17. *fibra* iec. lup. vt ſupr. v. 384. pro iecore. Sunt iecoris fibrae iecoris extremitates, quas non tam medici obſeruabant, quam haruſpices. *K.*

400. *folium.*

Iungenturque ſimul coſtum, foliumque, piperque,
Quae diluta mero dantur potanda Lyaeo.
Eſt et vis morbi, quod telum commemoratur,
Quum ſubito dolor inſanus furit, incitus ictu.
Perſicon huic potum e nuce traditur interiore,
Quae mihi cura ſatis, caſu monſtrante, probata eſt.

400) iungeturque. *Cod. Reg. Putean.* 401) delutaque diro dantur. *Cod. Vrat.* diluta quae diro. *Cod. Put. Reg. Lipſ.* duro. *Lipſ.* diluta garo. *Wolph. Riu.* dil. ſimul. *Ranz.* dantur putanda. *Pictor.* haec forti potanda quidem ſunt mixta Lyaeo. *ed. Ven. Lipſ.* 402) ſerit inc. *Cod. Keuch.* 404) Perſicum — datur. *Cod. Reg. Putean. Lipſ.* Perſicus h. potus e n. dabitur. *Wolph. Riu. ed. vet.* Perſicon h. potum e n. dabit. *Ald. Pictor.* Perſidos huic pomum. *Scalig. emend.* e nucleo dabit. *Riu.* Perſicus — dabit. *Cod. Lipſ.* 405) cara ſ. *Lipſ.* monſtrata. *Cod. Put.*

400. *folium.* folium Indi intelligit. *Pictor.*

402. *Telum.* pleuritis eſt. Dictum ita a medicis, quod dolore corpus transuerberet, quaſi gladius. *Iſidor.* Etym. IV, 6. alii punctionem intelligunt. *Conſt.*

403. *inſanus.* Forte melius *inſanum furit*, vt ſaepe loqui ſolent graeciſſantes poetae, certe *inſanus, incitus* dolor non placet. — *Burm.*

404. *Perſicon — interiore.* hoc eſt ex grano. *Pictor.* Perſica mala eorumque nucleos ad lateris dolorem in Euporiſton veterum libris commendatos non reperio. Variis lectionibus et *Ranzovii lectio* addi debet, qui loco huius verſus hunc habet: *Erucae potu vis morbi tollitur huius*, quem omni modo praeferrem, ſi aliorum codd. MS. auctoritatem haberet. *A.*

CAPVT

CAPVT XXIII.

Spleni curando.

Quando lien tumido circumligat ilia vinclo,
Et plenum ſplenis demonſtrant membra rigorem,
Mollibus ex hederae tornentur pocula lignis,
Hinc trahet adſuetos aeger quoſcunque liquores:
Aut viridis coctorum holerum potabitur vnda.
Proderit exſucto fluuialis hirudo cruore,
Siue myrica potens, ſeu ros cum pane marinus,
Aut

Cap. XXIII. ſpleni curando. *Cod. Put.* ad ſplenem curandum. *Ranz. Riu.* 407) eplenum. *ed. Lipſ.* ſplenem. *Conſt. marg.* rigore. *Conſt. marg.* 408) hedera. *Hummelb. Tornaeſ.* tornantur. *text. Keuch. al.* 409) trahit. *ed. vet. Hummelb. Ranz. Riu.* trahes. *Wolph.* trahis. *Cod. Vrat. Collin. Put. vet. ed. Ven. Caeſar.* trahis aſſuetus. *Lipſ.* trahet. *Pictor.* 410) a. v. oleris potabitur vnda ſalubris. *ed. Ven. Lipſ. Hummelb.* 411) Prod. exueto. *Cod. Putean.* exuſto. *Pith. Tornaeſ.* exuto. *Cod. Paderb. Leid. ed. Ven. Ranz.* exuto — hirundo. *Cod. Lipſ.* hirundo. *Cod. Vrat.* 412) S. miraca ſeu ros. *Cod. Vrat.* recens, ſ. r. *Wolph. ed. vet. Hummelb.*

406. *circumligat.* Huc refer iocum *Plauti* in *Curcul.* II. 1, 5. *nam iam, quaſi zona, liene cinctus ambulo.*

407. *et pl. ſplenis.* Senſus eſt, intumeſcente liene, quod proprium ei vitium eſt, etiam ei accedere duritiem, ſ. rigorem. cf. *Celſ.* IV, 9. *K.* *Membra* hic de locis, quibus lien tectus eſt, valet, quae liene affecto dura ſunt, et prementi obſtant. *A.*

408. *tornentur.* Conf. *Plin. Valer.* II, 30. vbi ex Barthii iuſta emendatione hederinum legendum, *Plin.* XXIV, 10. *Athen. Deipnoſoph.* XI, 7. *K.* vid. et *Meurſ.* Spicileg. ad Theocrit. Idyll. 1.

409. *trahet.* bibet. Graecorum more dictum. cf. *Athen. Deipn.* V, 20. et alib. *K.*

412. *myrica.* vid. *Plin.* XXIV, 9. *Conſtant.* *Myrica* eſt geneſtra. *Pictor.* μυρικης αφεψημα, decoctum foliorum cum vino, commendat *Dioſcorid.* I, 116. *ad ſplenem liquandum.* Plin. XXIV, 9. *Myrice ad lienem praecipua eſt, ſi ſuccus eius in vino bibatur: Adeoque mirabilem eius antipathiam contra ſolum hoc viſcerum*

Aut hederae ſucus potu appoſituque iuuabit.
Nec non intactam ferro quam videris alnum,
Huic liber eripitur ferro ſine, decoquiturque,
Donec victarum pars tertia ſubſit aquarum.
Hinc medico potu pulſus dolor omnis abibit.
Nonnulli memorant, conſumi poſſe lienem,
Eruum ſi ſemper ieiuno ſumſeris ore.

Arida

413) appoſitusque. *Cod. Vrat. Putean. Reg. ed. Ven. Lipſ. Ranz.* 414) cum v. a. *Cod. Vrat. Wolph. ed. vet. Hummelb.* 415) Hinc liber. *Wolph. ed. vet. Hummelb.* ſine ferro. *Ranz.* 417) medico. *Cod. Lipſ.* pulſu. *Cod. Vrat.* 419) Si quis eruum ſ. *Cod. Put. Reg.* Si quis ſerum. *Cod. Vrat.* ſique ſerum. *Ranz. Riu.* Quique ſerum. *Hummelb.* quique ferum. *Cod. Leid.* ſumſerit. *Cod. et text. plurim.*

rum faciunt, vt affirment, ſi ex ea, alueis factis, bibant ſues, ſine liene inueniri. Quae verba *Sereno* et *Dioſc.* multam lucem afferunt. *A.*

413. *appoſituque.* epithematis vice. *Pictor.* *Plin.* de hederae generibus: *Lieni pota et illita proſunt.* *Dioſc.* II, 210. *τα απλα των φυλλων συν οξει εψομενα η αμα αρτῳ συνλειαινόμενα σπληνα ιωνται.* Quae verba me docent in *Sereno* ſic diſtinguendum:

Siue myrica potens: ſeu ros cum pane marinus.
Aut hederae ſucus, potu appoſituque iuuabit. *Keuch.*

415. delibratus cortex coquitur ad tertias. *Conſtant.*

416. *Donec victarum.* donec pars tertia decocti maneat reſidua, *ad tertias decoquere* medici vocabant. *Apicius* III, 1. *elixabis in cacabo, quoad aqua ad tertias deferveat.* — Infra *Serenus* de tertia parte reſidua: *donec pars duplex deſit aquarum.* — *K.* v. cap. 18. de illa locutione: *ad tertias decoquere,* quae aliquando notat, vt, conſumtis duabus, tertia ſuperſit, vt cap. 26. *donec pars duplex deſit aquarum,* aliquando, vt, tertia conſumta, duae reſtent. vid. *Rhod.* Lex. Scribon. in *tertia.* Hic prima ſignificatione, vt plurimum ſumitur, et *ſubſit* pro ſuperſit videtur poſitum, quia aqua ad tertias decocta ſub corticibus alni fere latet. — *B.*

417 *medico.* forte *modico,* vt infr. c. 41. Praeſtat tamen nihil mutare. *B.*

419. *Eruum.* Habet a *Plinio,* vt alia, XXIII, cap. vlt.

S3

Arida ficus item feruente domatur aceto,
Et trita illinitur, vel ſplen adponitur hoedi.
Marrubium in vino potum prodeſſe loquuntur.
Praeterea piper ac nepetae cum flore et anethum,
Capparis atque apium bugloſſaque iungitur vna:
Horum decoctos latices potare ſalubre eſt.
Puleium, abrotonum nitida cum maſtyche coctum,
Ac

421) illitur. *ed. Lipſ.* vt ſpl. *Cod. Vratisl.* 422) ex vino. *Cod. Paderb.* potu. *Cod. Reg. Wolph. ed. vet. Venet. Lipſ. Hummelb. Ald. fil.* putatur. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* 424) Nicholaus quoque apio ac boiitus i. v. *Wolph.* Nicolausque rapo ac boletus. *Cod. Vratisl.* Nicolaus rapo ac boletus. *Cod. Paderb. ed. Ven. Pith. Lipſ.* bolerus. *Lipſ.* Nicolaus napo. *Cod. Keuch.* Nicolausque apio vel rapo. *Cod. Voſſ.* Nicolausque rapio ac boletus. *Cod. Reg. Putean.* Nicolausque apio ac boletus. *Cod. Lipſ. Ranz.* nepete atque. *ed. vet.* Aniſum atque. *Voſſ.*

Si quis eruum quotidie ieiunus edat, lienem eius abſumi certiſſimi auctores affirmant. K. Serum ad lienis conſumtionem laudat *Plin. Valer.* II, 18. ex eoque loco *quisque ſerum Burmanno* magis placet. Verum quum omnia paene ſua ex *Plinio Sec.* et *Dioſcoride* hauſerit noſter, et *Plinius* eruum ad lienis conſumtionem laudet, non eſt, quod hanc lectionem mutemus. *A.*

421. *vel ſplen.* De aſinino, bubulo, hoedino liene eadem *Plinius* notauit. XXVIII, 13. — *K.*

423. 424. *Praeterea — vna.* Sic exhibuerunt hos verſus omnium, quod ſciam, librorum editores. Primus *Pithoeus* monuit, in ſuo legi: *Nicolaus rapo ac boletus* i. v. *K.* De Nicolao vid. quae ad verſ. 332. notata ſunt. Manifeſto certe librariorum errore, forte et ſuperſtitione, *Nicolaus* in membranas irrepſit. Eſt enim in interpretandis veteribus euporiſton ſcriptoribus hoc inprimis notandum, quod plura iis a monachis addita fuerint, quae auctores ne quidem cogitarunt. Ex *apio* rapo, et ex *bugloſſa* boletus a librariis factus eſt. Syntheſin certe, ſaltim capparis, apii et bugloſſae, Noſter commendat, quod ex verſu 425. patet. *A.*

425. hunc verſum *Caeſar. Pictor. ed. Ven.* et *Lipſ.* non habent.

427. *thymbrae*

Ac thymbrae ſpeciem, quam commemorant cephaloten,
Praedixit ſpleni Deus Idae poſſe mederi.
Dulcia, Plautus ait, grandi minus apta lieni.
Splen tumidus nocet, et riſum tamen addit ineptum;
Vt

427) hanc thrymbae. *Cod. Vrat.* thybrae. *ed. Venet.* cephalorem. *ed. Lipſ.* 428) praedixit ſplendens Deus idem. *Cod. Vrat.* praedictos ſpleni teſtantur poſſe m. *Ranz.* idem poſſe. *Cod. Wolph. Putean. Reg. Paderb. Lipſ. ed. Ven. Lipſ. Ald. Caeſ. Pictor.* 429) minus et minus apt. *Cod. Keuch.* 430) edit. *Burm. emend.*

427. *thymbrae* — *Plinius* (locum tamen non inuenio. *A.*) *cunilam* appellat *capitatam.* Capitella thymbrae (ςρομβεια) et *Nicander* in *theriac.* commendat. vid. *Salmaſ.* in *Solin.* p. 902. et 907. et *Scalig.* caſtig. ad *Propert.* IV, 6, 74. *K.* Videtur *thymbram* cum *thymo* noſter confundere, quod cephaloten *Dioſc.* III, 44. a quibusdam appellari tradit. Potuitque hoc facile fieri ex virium notarumque ſimilitudine. *Hummelb.* De cunilae ſpecieb. vid. *Plin.* XX, 16.

428. *Deus Idae. Aeſculapius*, cuius delubrum Pergami, Idae vicinum. *Conſt.* De *Apolline* capit manus viri docti in edit. Ald. fil. et certe θυμβραιος dicitur *Apollo. Heſych.* vbi male θυμβαιος editur. Rectius auctor etymologici in θυμβρα. vid. et commentat. ad Virg. Aen. III, 85. De *Aeſculapio* hic cogitaſſe non videtur: Pergamum enim nimis ab Ida remotum, et *praedixit* reſpicit Deum vatem. Deinde Idam Apollini ſacram fuiſſe poteſt colligi ex *Petron.* 89. *Delio profante caeſi vertices Idae trahuntur. Idae* itaque retinendum eſt et ex Cod. *Ide* a librariis *idem* factum. *B.*

429. *Dulcia* — *lieni. Celſ.* IV, 9. *Conſt.* Vbi *Plautus* hoc dicat, neſcio. Forte in perditis fabulis tale quid fuit lectum. *Burm.*

430. *Splen tumidus* — *Riſus intemperantia*, *ex* Plinii XI, 37. *opinione*, *in lienis magnitudine conſtat.* Hinc et veteres lienem *riſus domum et ſedem vocauerunt.* — Sic ſplen tumidus riſum ineptiſſimum mouet et quaſi Sardonium; nam Sardonia herba homines immenſum et ad mortem vsque ridere facit. *K.* — *tamen*

Vt mihi Sardois videatur proximus herbis,
Irrita quae miſeris permiſcent gaudia ſatis.
Dicitur exſectus faciles auferre cachinnos,
Perpetuoque aeuo frontem praeſtare ſeueram.

431) Sardcis. *Cod. Reg.* 432) permiſcens. *Cod. Reg.* permiſcetur. *ed. Lipſ.* 433) exſectos. *Ranz.*

men edit Burmanno magis placet, nobis vero nihil mutandum videtur. Mens enim Noſtri eſt: Splen tumidus nocet, et noxis, quas inducit, et riſum addit. *A.*

431. *Sardoa herba* veteribus ob riſum celebratiſſima, vt et σαρδώνιος γέλως Graecis prouerbio fuerit, apiaſtrum venenatum eſt, quod in Sardinia frequenter naſcitur. — *K.* Ranunculus ſceleratus *Lin.* eſt, cui has vires adſcribunt. *A.*

433. *exſectus*, ſc. ſplen. *Keuchenius* errore, riſu Sardoo excipiendo, de eunuchis hunc verſum capit. *B. A.*

CAPVT XXIV.

Praecordiis ſanandis.

Languida ſi duro turgent praecordia morbo,
Miſcetur mulſae farris ſextarius vnus,
Nec non et lini tunſum ſiliquaeque legumen.
Haec decocta ſimul nondumque tepentia nectes.
Aut quae poma Cydon Cretaeis miſit ab oris,
Cocta lines, durum vt poſſis mollire tumorem.
Ocima praeterea bulbiue linuntur amari.

Proderit

Cap. XXIV. Ad praecordia ſananda. *Ranz. Riu.* 435) Liquida. *Cod. Vrat.* 436) miſcentur. *Ranz.* vna. *Cod. Putean. Paderb. Wolph. ed. Ven. Ranz.* 437) tonſum. *Cod. Vrat. ed. vet.* tuſum. *Caeſ. Pict.* ſiliquoque. *ed. Lipſ.* 438) nec decocta. *ed. Lipſ.* nodoque. *Heinſ. emend.* nondum. *Pictor.* nectis. *Cod. Vrat. Ald. rel.* 439) mittis ab. *Cod. Vrat.* mittit. *Cod. Leid. ed. vet.* 440) teres, durum. *Cod. Vrat. Paderb. Putean. Leid. Reg. Lipſ. ed. vet. Ranz.*

436. *Mulſae.* ſubaudi aquae, eſtque genus potionis, quod ex melle et aqua conficitur, ὑδρόμελι. *Caeſar.* *Sextarius* ſibi non conſtat, quoniam vini ſextarius duas libras facit cum dimidia, ſextarius mellis libras tres, olei ſaltem duas. *Pict.*

437. *ſiliquaeque legumen.* Siliquam Plinius omnium leguminum vaginam eſſe ſcribit, ſed hic ſiliquae legumen xylocaractae granum ſignificat, de quo *Gal.* ſimpl. VII, 19. *Pictor.* Siliciae, τηλεαος. id eſt foenum graecum. *Conſtant.* Medice et poetice poeta το κερατιον ſiliquarum de ipſis ſiliquis intelligit. *Keuch.* v. *Salmaſ.* exerc. Plin. p. 172. 326. *Bodaeus* ad Theophr. IV, 2, 292. vbi ξυβοκερατον dici a recentioribus Graecis notat. *B.* Subinde veteribus ſiliqua proprium leguminis genus eſt, quod foenum graecum appellatur, quo ſignificatu hic accipit *Serenus.* vid. *Plin.* XXIV, 19. *Hummelb. A.*

438. *nondumque tep.* tepido calidiora. *Pict.* An *nondum tepentia* poſſit ſignificare tepido calidiora dubito, cum *tepere* minus ſit τῳ *calere. B.* Taxat hoc *Burm.* iudicium *Morgagn.* in Ep. II. in Ser. pag. 327.

439. *Cydonia panno illini ſiue cruda ſiue cocta* iubet *Plin.* *Valer.* II, 15.

446. 447.

Proderit et lymphis corpus merſare marinis.
Quin etiam catulum lactentem adponere membris
Conuenit: omne malum transcurrere fertur in illum:
Cui tamen extincto munus debetur humandi.
Humanos quoque contactus mala tanta ſequuntur,
Et iunctus vitium ducit de coniuge coniux.
Quod ſupereſt thridaci iunges ramenta carinae,
Quodque decem ex rebus conſit ſimul atque vocatur,
Maſtichis addentur fractae iam mollia farra,
Talibus auxiliis praecordia tuta reſident.

443) lactantem *plurimi.* 444) atque malum. *Ald.* 445) debetur humanum. *ed. Lipſ.* 446) humanosque contactus. *Cod. Vrat.* hum. quia cont. *Leid. ed. vet. Humm.* et humanos. *Cod. Leid.* 447) ne iunctus. *Ald.* vt iunctus. *Cod. Reg.* vt ducat. *Cod. Lipſ.* 448) tyraci. *Cod. Paderb. Wolph. Riu.* thyracii. *Cod. Putean.* thyratii. *Cod. Reg.* tyriaci. *Ed. Venet. Lipſ.* vnges ram. *Cod. Put. Reg.* ſupereſt tritae iunges. *Hummelb. Tornaeſ.* tritae iunges ramenta farinae. *Cod. Leid. edit. vet.* 449) coeſi ſimul atque. *Cod. Reg. Put. Ranz.* feci. *ed. Venet. Lipſ. Caeſar.* caeſi. *Ranz.* coepit ſimul. *Cod. Wolph.* ceſi. ſ. a. *Cod. Vrat.* ex r. decatortoma rite voc. *Riu.* r. decatartyma. *Cod. Leid. ed. vet. Ald.* decatorthyma. *Pictor.* 450) a. cum puluere moll. *Cod. Leid. Ald. Hummelb.* cum mollia. *Riu.* milia. *Cod. Vrat. Collin. Lipſ. Putean. Reg. Paderb. ed. Ven. Lipſ. Caeſar.* millia. *Wolph.* 451) vota reſ. *Cod. Paderb.* reſidunt. *Conſt. m.* reſedent. *Wolph.* reſiſtent. *Hummelb.*

446. 447. Mallem hic lectionem *humanos quia* —— —— *coniux*, praeferre, ob facilem omni modo ſenſum, quem praebet, et ob rectum ordinem, qua cauſſa primum medicamenti praeſcribendi, tandemque ipſum medicamentum proponitur. Sed praeter Leidenſem Cod. nullus alius hanc lectionem habet, hinc huius codicis et *Hummelbergii* auctoritate, textus temere non mutandus eſt. Verſ. 446. *Aldus* non habet. *A.*

448. *thridaci. Thridax* lactucae genus eſt, de quo Paul. Aeg. VII. et Plin. XX, 1. *Pictor.* Vid. quae de Zopiſſa ſupra notata ſunt. *A.*

449. Decatorthoma hic ſatis inepte a librariis verſui admiſtum eſt: gloſſa enim eſt, qua id, quod ex rebus decem conſit atque vocatur, explicatur. *A.*

CAPVT XXV.

Lumbis et renibus ſanandis.

Quum ſaeuit penitis haerens iniuria lumbis,
Igne lapis candens datur exſultantibus vndis:
Hoc poteris triſtem potu ſuperare dolorem.
Aut pice cum molli nitrum, ſulphurque et acetum
Succida lana rapit contacta calentibus iisdem:
Proderit

Cap. XXV. Lumb. renib. ſanand. *Cod. Vratisl.* Quomodo renibus medearis. *Ranz. Riu.* 452) Dum. *Cod. Paderb.* penitus. *Cod. Put. Reg. ed. Venet. vet. Lipſ. Ald. Hummelb. Pictor. Ranz.* 453) condens. *Pictor.* 454) poterit potu tr. *Wolph. ed. Venet.* 455) aut deeſt in *Cod. Vratisl.* melli nitrum. *Cod. Vrat. al. ed. pl.* aut pice c. melli. *Conſt.* Aut cum melle picem nitrum. *Conſt. marg.* aut pice cum dura mel, nitrum, ſulphur, acetum. *Wolph. ed. vet. Hummelb.* pice cum melle nitrum, ſulphur et acet. *Cod. Lipſ. ed. Venet. Lipſ. Ranz.* pice cum molli nitrum, ſulphurque et ac. *Ald.* 456) contracta. *Riu. Ranz.* cadentibus iisdem. *Cod. Vratisl. Putean. Reg. Lipſ. Paderb. ed. vet.*

452. *iniuria.* ita medici vocant omnem dolorem ſeu malam affectionem. vid. *Rhod. in lex. Scribon. B.*

453. *Igne* caet. Talem aquam medici omnibus laterum vitiis praeſcribunt, vt et ſupra a *Serenio* factum. cf. *Celſ.* IV, 9. Hi tamen medici aquam laudant, in qua ferrum extinctum ſit. *A. exſultantibus* eſt idem quod ferventibus. cf. *Ouid.* Met. VII, 262. — *B.*

455. *Aut pice* — *iisdem.* Verſum hunc, vt a *Burmanno* nobisque editus eſt, Aldus primum exhibuit, non *Keuchenius*, qui tamen ſe primum eum reſtituiſſe vane gloriatur. vid. *Morg.* Ep. I. p. 286. *A. Mollem picem* recte legi apparet, tum quia *molli* opponitur *dura* pix, qualis Brutia, de qua vid. noſtra ad *Nemeſ.* Cyneg. 206. et *Calpurn.* Ecl. V, 81. et ſupra cap. 21. deinde quia idem fere tradit *Plin. Valer.* II, 36. *Lana ſuccida in oleo, pice liquida, ſulphure, nitro et aceto feruefactis intincta quam fieri poteſt calidiſſima bis in die ponitur.* — *B.*

456. *Succida.* Hunc verſum omiſit *Aldus* et eius loco ſupponit verſum ex cap. 23. *hinc medico potu pulſus dolor omnis*

Proderit hanc aegris crebro perducere membris.
Aut caput aſparagi cum vino ſume vetuſto,
Seu mauis adpone: modus conducit vterque.
Aut adipi mixtum lumbis inducito ſulphur.
Saepe chelidoniam cum ſuco Palladis addes,
Farraque quae tremulis proſunt ſudantia flammis.
Fertur amygdalinae ſucus nucis eſſe bibendus:
Pinſitur, ac tepidis ſorbebitur addita lymphis.
Aut tres ex vino cochleas feruefcere coges,

Cumque

457) producere m. *Cod. Leid. ed. vet.* 458) aſpergi. *ed. Lipſ.* 459) ſeu maius. *ed. Venet.* magis. *Cod. Voſſ. Lipſ.* 460) adipem. *Cod. Reg.* adipe. *ed. vet. Venet. Lipſ. Humm. Caeſ.* inducite. *Lipſ.* 462) fumantia. *Cod. Keuch.* 463) amygdaleae. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* 464) P. haec tepidis ſorbetur et. *Riu.* P. haec tepidisque abſorbitur. *Cod. Paderb. Leid. Reg. ed. vet. Humm.* pinſit haec, tepidisque abſorbet prodita l. *ed. Venet. Lipſ.* pinſitur et. *Ald.* poſcitur haec. *Cod. Vrat.* ac tepidis abſorbitur. *Ranz.* tepidisque abſorbet. *Cod. Vratisl.* tepidis ſorbete prodita l. *Wolph.* pinditur. *Cod. Keuch.* 465) Aut res. *Lipſ.* cogis. *Cod. Vrat. Leid. Reg. ed. vet. Ranz.*

omnis abibit, quod forte vitio typothetarum accidit, quum ille verſus praecedentis paginae locum primum teneat et huius quoque initium faciat. *Aldi* filii ſequuti ſunt patris editionem vitioſam, vnde eorum diligentia apparet. *Burm.*

458. *aſparagi* — de aſparago conf. doctiſſimam disputationem *Franzii*, V. Cl. de aſparago ex ſcriptis medicorum veterum. Lipſ. 1778. pag. 26. quo loco et hic *Sereni* locus illuſtratur. *Ack.*

460. *adipi.* — Hic definebat *Codex Puteanus*, caeteris deperditis. De adipis genere maſculino et foeminino iam ſupra notauimus. v. *Io. Rhod. Lex. Scribon.* — *B.*

461. Hic verſus in Cod. Paderb. et Ranzouii edit. deeſt. *A.* Palladis ſuco eſt oleo. *Pictor.*

462. *ſudantia.* haec veriſſima ſcriptura eſt. *Cotta* enim grana vocat farra flammis ſudantia. *K.* vid. ad Gratian. Cyn. 422.

463. *amygdalinae.* oleum amygdalarum. *Pict.* Lac amygdalarum. *Hummelb.*

464. *Pinſitur* — *lymphis.* *Dioſcorid.* I, 176. *Plinius* aperte amygdalas *iecinoris et renum dolores ex aqua potas ſanare* tradit. XXIII, 8. — *K.*

466. *Cum-*

Cumque ſuis domibus franges, piperis quoque grana
Ter quinque adiicies, potuque iuuaberis illo.
Furfur item parca fuerit quum feruidus vnda,
Poſt oleo madidus ſaccis immittitur aptis,
Quos vix paſſuris vrentes addito membris.
Prodeſt ceruinae vehemens natura medullae:
Nec nocuit ciceris cocti potaſſe liquorem:
Aut mixtam teneris maluam contundito porris,
Contritumque ſimul cum maſtiche confer anethum:
Quodque decem rebus componi ex nomine clarum eſt.
His continge locum. Deus haec mihi certa probauit.

466) ſuis dentibus. *Lipſ.* frangis. *Cod. Vrat. Leid. Reg. ed. vet. Ranz.* 467) adiicies. *Cod. Leid. Reg. Humm. Pict. Ald. Ranz.* 468) parua f. *Cod. Lipſ. Pict.* feruidum in. *Heinſ. coniect.* 469) madidum. *Cod. Vrat.* ſuccis imm. *Cod. Leid. Reg. Lipſ. ed. vet. Venet. Lipſ. Humm. Ald. Torn. Caeſ. Pict. Pith.* 470) Quae v. p. *Ranz. Riu. Cod. Leid. Reg. Paderb. ed. vet. Venet. Lipſ. Humm. Ald.* paſſiuis. *Pict.* vrentes addito. *iidem.* vrentia iungito. *Cod. Vrat. Ald. Pith. Gryph. marg. Ranz.* vrentibus addere. *Cod. Lipſ.* 471) prodens ceru. *Cod. Vrat.* ceruini medicans nat. cerebri. *Cod. Keuch.* medicans nat. *Wolph. Tornaeſ. Riu,* violans. *Cod. Vrat. Paderb. Lipſ. ed. Ven. Lipſ. Ranz.* violens. *Cod. Reg.* clemens. *Conſt. marg.* 473) teneris madidamque lctiphagon vndis. *Ranz.* madidam leliſphagon vndis. *Cod. Lipſ.* madidamque leliſphagon vnd. *ed. Ven.* madidamque eleliſphacon vndis. *Cod. Paderb. marg. Pith. Gryph. et Tornaeſ.* teneris mandiſſe leliſphaca maluis. *Ald.* madidamque leliſphaca malvis. *Cod. Vrat.* 474) Conteriturque. *Cod. Pad. Lipſ. Ranz.* conterique. *Cod. Reg.* contentusque ſimul. *Cod. Vrat.* 475) decem ex r. *Wolph.* 476) his vnxiſſe loc. *Wolph.* his contuſa. *Cod. Paderb.* continſa. *ed. Ven. Lipſ.* dens haec. *Ranz.*

466. *Cumque ſuis domibus fr.* i. e. cum teſtis ſuis conteres. — *K.*

468 — 470. *Furfur — membris.* Hoc cataplaſma recte reſtitutum eſt ex libris veterioribus. *Quae vix paſſuris*, vt Paderborn. Ald. et aliae habent, ſeruari poteſt, vt furfures, oleum, quo tinguntur, et ſaccos comprehendat. *Quae*, ſcilicet omnia ſimul. — Hos verſus *Conſtantinus* primum reſtituit. — *B.*

471. *vehemens.* Vehemens natura, quippe laudatiſſima. μυελων δε κρατιστος εστιν ελαφειος. vt habet *Dioſc.* II, 95. et ex eo *Plinius.*

475. *decem rebus.* vid. cap. praeced.

CAPVT

CAPVT XXVI.

Ventris dolori mitigando.

Si dolor inſanus tota deſaeuit in aluo,
Heminis tribus in lympha tu decoque tritum
In vino prius hyſſopum, validam quoque rutam
Atque apium, donec pars duplex deſit aquarum;
Potus erit medicus, non detrectante palato.
Praeterea niuei ſterilis teſta vritur oui,
Quae poſtquam in tetram fuerit conuerſa farinam,
Ex calidis potatur aquis, et pota medetur.

Nec

Cap. XXVI. Si venter doleat. *Ranz.* ventris dolores mitigandi. *Cod. Vrat.* v. d. m. et coeliacis. *Wolph. Riu.* 478) heminulis. *Riu. Ranz.* in lymphae. *Ranz.* validam coque rutam. *Cod. Vratisl. Lipſ. Ranz. Riu.* lympha validam quoque rutam In vino. *Cod. Reg. Paderb. ed. vet.* validam quoque rutam Aut apium. *Lipſ. Ven. Ald.* 479) h. val. coque victam. *Cod. Paderb. Pith.* coque rutam, Aut apium. *Cod. Reg. Conſt.* 480) Aut. *Hummelb. Tornaeſ.* ac. *Ranz. Riu.* 481) detractante. *Tornaeſ. ed. Ven. Lipſ. Pith. Caeſar. Gryph. Ranz.* 482) toſta vritur. *Pith. Tornaeſ.* ſterilem veſtem vritis oui. *Cod. Keuch.* 483) tenuem fuer. *Conſt. marg.* teneram. *Cod. Keuch. Paderb. Heinſ. Ranz. Riu.* 484) dotatur aq. *Riu.* ac pota. *Cod. Reg.* potata. *Cod. Vrat.*

477. *Si — aluo.* Omnes internos ventris morbos intelligit. Venter noſtro eſt, quod Graecis κοιλια, ἡ κατω κοιλια. — *K.*

478. *Heminis.* Dimidia pars ſextarii hemina eſt, κοτυλη Graecorum. *Pictor.* *Qui legunt lympha validam quoque rutam Atque apium* verſ. 479. *in vino* etc. non habent, hicque verſus in Cod. Vrat. et Lipſ. in edit. Lipſ. Venet. Aldi, Ranzou. et Riuini deſideratur. Sed mendoſa ſine dubio haec lectio eſt. *A.*

482 — 484. *Praeterea — medetur.* *Teneram* farinam Heinſius et alii ex MS. repoſuerunt; nec male forſan. Placet tamen *tetram* ob colorem obſcurum, quem teſtae oui interiores vſtae contrahunt. *A.*

Nec non iungenda eſt vtero noua virga myricae,
Illaeſa haec ferro, terraque intacta geratur.
Aut medio ventris prodeſt adſpergere terram,
Quam ſignauerunt veſtigia preſſa rotarum.
Proderit et puluis facili ſub cardine raptus.
Quin etiam ex lymphis tritum potare cuminum
Conueniet: quod iam nobis documenta probarunt.
Mentha quoque hoc pacto medicos dabit hauſta ſapores.
Coeliacos autem recreabis pane ſalubri,

Quem

485) tingenda eſt. *Cod. Paderb.* 486) quae terra intacta. *Cod. Paderb.* teratur. *Wolph. al.* feratur. *Conſt.* prematur. *Cod. Keuch.* trahatur. *Conſt. marg.* 487) medie. *Lipſ.* 490) et lymph. *Cod. Leid. Reg. ed. vet. Venet. Lipſ. Ald.* e. *Riu. Ranz.* coctum potare. *Ald.* 491) Conuenit. *Leid.* conueniat. *Reg.* 492) Meta. *Riu.* mentaque. *Cod. Vrat.* ſopores. *Cod. Leid.* 493) Corniliacos. *Cod. Reg.* Corneliacos. *Cod. Paderb.* Cornelicos. *ed. Venet. Lipſ.* Cordiacos. *Heinſ.* pane ſelibri. *Heinſ. coniect.*

485. 486. *Nec non — geratur.* vid. *Plin.* XXIV, 9. *Quidam virgam ex myrica fractam, vt neque terram, neque ferrum attingeret, ſedare ventris dolorem affeuerauit impoſitam. Caeſar.* Ex hoc loco, non ex *Dioſc.* I, 116. hic verſus explicandus eſt, hoc enim loco κοιλιακαις και ῥοικαις γυναιξιν myricae corticem mederi ſcribit. Vterus hic de ventre dicitur, ſueto poetarum more. *Geratur* vera lectio eſt, idem ſignificans, quod in *Plinii* loco, ex quo haec noſter hauſit, *impoſitam. A.*

487. *terram.* terram ex rotarum orbita deſumtam intelligit *Hummelbergius.* Videtur poeta terram a rotis compreſſam intelligere, aut terrae genus, cui rota impreſſa eſt, forte terram quandam, quam nos vocare ſolemus ſigillatam. *A.*

489. *puluis* — puluis facili ſub cardine raptus eſt ſordes ex gymnaſio, apud *Celſ.* V, 15. — *Keuch. Facili* epitheto non vt medicus, ſed vt poeta, vtitur. Intelligo de quacunque ianua, nam ſordes gymnaſii longe diuerſas ab hoc puluere puto. *B.*

493. *Coeliacos.* κοιλιακοι vocantur, qui aluum induratam habent, quae nihil reddit, ac ne ſpiritum quidem

trans.

Quem madido farre efficies ac mollibus ouis,
Quorum teſta fero prius euaneſcere aceto
Refert, et teretes bulbos mollire terendo,
Cumque his Lenaei durum potare fluentum.

494) effinges ac. *Heinſ. coniect.* 495) Ouorum teſtam prius euaneſcere aceto. *Ranz.* qu. t. prius ſparſo euaneſcere ac. *Cod. Leid. Hummelb. Riu.* prius fero. *Cod. Vratisl.* molleſcere acet. *Caeſar. Pictor.* euaneſcet. *Riu. ed. vet. Ald. Hummelb. Conſt.* 496) tenendo. *Paderb.* tenendum. *Cod. Reg.* 497) Lyaei. *Cod. Vrat.* clarum. *Ald. Riu. Conſt. coniect. Wolph.* fluentem. *Cod. Leid.*

transmittit. *Pictor.* De veterum coeliacis v. *Foeſ.* Oecon. Hipp. et Gorraei def. *A.*

494. Diſtinguunt alii *Quem madido farre efficies: et m. o.* quae diſtinctio ineptiſſima eſt; non enim oua cum teſtis ſuis in aceto macerata coeliacis mederi voluit, ſed mollibus in aceto cum putaminibus ſuis maceratis, et cum farina et pane ſubactis coeliacos ſanari. cf. *Plin.* XIX, 3. *maceratorum ouorum in aceto molliri diximus putamen. Talibus cum farina in pane ſubactis coeliaci recreantur. K.* Verſus 495. in *Cod. Paderb.* deeſt.

497. Forte *purum* poſſet legi, ob frequentes harum vocum in MS. mutationes. Sed *durum Bacchum* dixit c. 45. et 49. quare nihil mutandum. *B.* Loco huius verſus *Ranzouius* habet: *haec durum ventris tollunt potata dolorem. A.*

CAPVT XXVII.

Hydropiſi depellendae.

Corrupti iecoris vitio, vel ſplenis, acerbus
Creſcit hydrops, aut quum ſiccatae febre medullae
Atque auidae fauces gelidum traxere liquorem.
Tum lympha interius, vitio gliſcente, tumeſcit,
Secernens miſeram proprio de viſcere pellem.
Conueniet tenerae radix decocta ſabuci,

In

Cap. XXVII. hypronici curandi. *Cod. Vrat.* 498) correpti iec. *Pith.* vt ſpl. *Cod. Vratisl.* aceruus. *Cod. Vrat. Reg.* acerbo. *Wolph. Lipſ. Riu.* aceruo. *Cod. Keuch. ed. Ven. Lipſ. Ald. Pictor. Burmann.* 499) ſiccatae flore. *Cod. Reg.* 501) lymphae. *Riu.* intercus. *Ald. Ranz.* cum l. interius vino. *Cod. Lipſ.* 502) propius. *Cod. Leid. Reg. Paderb. ed. vet. Ven. Lipſ.*

498. *Corrupti aceruo* plures legunt, in iisque *Keuchenius* et *Burmannus*, qui *acervum* tumorem ſignificare putant. Cum autem ſplenis vitium hydropem producens a Poeta iam ſub voce *corrupti* comprehendatur, non video, quare epitheton *acerbus* non ad hydropem referendum ſit, inprimis quum *Horatius* ſimili vſus ſit. Carm. II. od. 2. vid. *Morg.* Epiſt. I. pag. 276. Caeterum et Noſter in cauſſis morborum enumerandis ad ſpecialia paene nunquam tranſit. *A.*

499. *Creſcit hydrops.* Horatiana imitatio, vt notat *Morgagnius* Epiſt. I, p. 276. ex L. II. Od. 2.

500. De hydrope per potum nimium aquae aucto loquitur, non de hydrope a febre ob potum nimium inducto, vt *Keuchenius* vult. Veteres enim febre adfectis copioſum potum vnanimi paene conſenſu praeſcripſerunt, hydropicis autem parcum potum, *ſitim, et mille alia,* vt *Celſus* loquitur, *taedia. A.*

501. *interius. Intercus* pluribus *Sereni* interpr. magis placuit, quamuis nullam codicis MS. auctoritatem habeat. *Interius* vtique legendum eſt, *intercus* enim iam ſequenti verſu: *Secernens* comprehenditur. *A.*

503. *tenerae ſabuci.* Chamaeacte eſt, de qua *Dioſc.* IV, 175.

In geminis calidi cyathis potanda Lyaei.
Nec non et tepidis conuolues corpus arenis:
Adpoſituque lenes nepetae guſtuque iuuabunt.
Helleboro

505) hoc et in tepid. *Cod. Vratisl.* nec non in. *Riu.* hoc et iam tepid. *ed. Venet. Lipſ.* nec non in tepid. conuoluere. *edit. vet. Ald. Hummelb.* conuoluere. *ed. vet. Caeſar. Pictor.* conuoluere certus. *Cod. Reg.* cetus. *ed. Lipſ. Venet.* 506) Appoſitu. *Hummelb.* appoſitamque. *Cod. Vratisl.* appoſitamque dabis nepetam, quae rite iuuabit. *ed. Ven. Lipſ.* appoſitaeque leues n. potuque. *Cod. Wolph. Lipſ.* appoſitu renes nepetae. *Heinſ. coniect.* app. dabis nepetaque iuuabit. *Cod. Vrat.* leues nepetae. *Ald. Riu.* potu iuu. *Riu.* geſtu. *Cod. Keuch.*

IV, 175. ex quo loco haec noſter deſumſit. cf. *Plin.* XXIV, 8. qui et *radicem ex binis vini cyathis potam* commendat. *A.* *Cyathis* duodecima eſt pars ſextarii, de quo et ſupra dictum. *Pictor.*

505. *Nec non.* In exemplaribus impreſſis et in Cod. MS. magna eſt diuerſitas in ordine horum verſuum. *Wolphio* ordo hic eſt: 513. 516. 514. 517. 505. 506. 510. 507. 508. 509. 511. 512. Perturbatus quoque ordo eſt in Cod. Leid. Reg. ed. vet. et Aldin. aliisque, quorum ordinem recenſere non puto neceſſarium. In Regio Codice et in edit. Venet. et Lipſ. erant hoc ordine: 504. 513. 514. 515. 516. media deſiderabantur, quae in caput ſequens erant coniecta poſt verſ. 524. In *Caeſar.* et *Pictor.* poſt 505. ſequebantur 507. 510. vſque ad finem, v. 506. deerat. In Paderb. verſus octo deerant, ſed legebantur c. ſeq. Deerat et v. 516. *Qui ſubito. B. Hummelb.* hunc ordinem habet: 513. 514. 515. 517. 505. 506. 510. 507. 508. 509. 510. 511. verſum autem 516. non habet. In *Riuini* edit. hic ordo eſt: 513. 515. 516. 514. 517. 505. 506. 510. 507. 508. 509. 511. 512. v. 516. deſideratur. *Ranzouius* verſus tantum 513. 514. 515. et 517 habet, caeteris omnibus penitus omiſſis. Alius etiam ordo in Cod. Vratisl. alius in Lipſienſi eſt. *A.*

tepidis. cura priſcis et noſtris temporibus celebratiſſima. cf. *Celſ.* III, 21. Deerat hic verſ. in Cod. Leid. Ad hanc medicinam refert *Caſaub.* arenarum remedium apud *Sueton.* Aug. 80. Conſtantinus vocat ἀμμοχωσίαν. *B.*

507. *lympha-*

Helleboro quoque purgatur lymphaticus error,
Aut huius vice quod fert ſemen lenta geniſta
Miſcetur mulſis, et cautis ducitur vndis.
Saepe et ſcillino pelluntur noxia Baccho.
Eſt, qui praeualidum frixo ſale miſcet acetum,
Atque olei ſuco refricat albentia membra.

Fraxineum

507) bene purgatur. *Wolph. Cod. Lipſ. Leid. ed. vet. Ven. Ald. Hummelb. Riu.* bene coquatur. *Cod. Reg. Vratisl.* bene cogatur. *ed. Lipſ.* lymph. horror. *Wolph.* 508) vice ſeu ſcrupuloſae geniſtae. *Cod. Vrat.* vice ſemen ſcrupuloſae geniſtae. *Cod. Reg.* vice vel ſcopuloſae rite geniſtae. *ed. Ven. Lipſ.* v. ſementis ſcapuloſa geniſtae. *Cod. Voſſ.* ſeminis ſcopuloſae geniſtae. *Cod. Lipſ.* Aut h. ſemen ſcapuloſae vice geniſtae. *Cod. Wolph.* 509) mulſi decoctis d. vndis. *Heinſ. coniect.* coctusque duc. *Ald.* iungitur vnd. *Riu.* coctis cautis iungitur. *Wolph.* ac hauſtis. *Conſt. marg.* educitur. *Ald.* 510) Saepeque ſcyllino. *Cod. Leid. Ed. vet. Hummelb.* Saepe et ſcyllito. *Cod. Voſſ.* Saepe ſed mellino. *Cod. Reg.* et mellino. *Riu.* ſaepe et in illo pellantur. *Cod. Vrat.* Saepe ſed adiuncto. *Edit. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor.* 511) perualidum. *Cod. Leid. ed. vet.* eſt quippe validum fixo ſale miſc. *Cod. Vrat.* frixo commiſcet. *ed. vet. Lipſ.* nitro ſale. *Cod. Keuch. Leid. ed. vet. Hummelb. Ald. Pictor.* 512) recreat albentia. *Lipſ.* recreatque albentia. *Cod. Geſn. Wolph.* recreat turgentia. *Cod. Reg. ed. Ven.* refricat albentia. *Cod. Leid. Riu. Hummelb. Caeſar. Pictor.* refricat turgentia. *Ald.* refricant. *Cod. Keuch. Conſtant.*

507. *lymphaticus error.* humor ſubcutaneus ex errore quodam naturae in alium locum translatus. *A.* Helleborum nigrum intelligit *Dioſc.* IV, 151.

508. *geniſta.* Ex *Dioſc.* haec deſumta ſunt. IV, 158. et *Plinio.* *Ducere* pro bibere obuium eſt. *Cautis* vndis doſin parcam ſignificat. *K. B.*

510. De ſcillitico vino, hydopicis praeſertim vtili, conf. *Dioſc.* V, 26. qui et huius vini compoſitionem praeſcribit. *K.* Mihi *ſcillite* arridet, magis vſitatum. *B.*

511. *Eſt qui* — Salem cum aceto hydropicis imponere iubet *Scribonius* Compoſ. c. 33. Lectio autem, qua loco *frixo*, *nitro* ponitur, defendi poteſt ex *Corn. Celſo* III, 21. vbi frictionem hydropicis commendat madefactis manibus aqua, cui ſal et nitrum et oleum ſit adiectum. *K.* Frixum ſalem et alii veteres medici, inprimis *Plinius*, externe adhibitum, ad hydropem commendant. *A.*

512. *Atque olei. Refricat* ſcribendum eſt, non *refricant*, vt alii habent. *Albentia* ex

Fraxineum ſemen cum Bacchi rore bibendum eſt.
Nec non adpoſito curantur dropace membra,
Aut calido filicis radicem mollis Iaccho,
Qui ſubito raptos ventos ſucosque reuellit
Vnguine, quo frangit vires languoris aquoſi.

514) appoſiti. *Cod. Vratisl.* appoſito hydropace membra. *Leid.* curantur hydropace. *ed. vet.* curantur hydropica membra. *alii.* hydrope m. *Cod. Vrat.* 515) ſalicis. *Gryph. Tornaeſ. Caeſar. Pictor. Pith.* filicis. *Pith. Tornaeſ. m.* 516) de ſub. *Riu.* aut calido raptus v. ſaccosque. *Cod. Wolph.* raptus. *Voſſ. Conſtant. Riu.* ruptos. *Cod. Keuch.* 517) quae fr. *Cod. Paderb.* frangis. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* virus lang. *Ald.* quod frangit virus. *Cod. Wolph.*

ex Codd. MS. reſtituimus, quum Noſter de hydrope inter cutem loquatur, inprimis autem quum *Horatii* verba, quae ſupra iam transſcripſit, hic manifeſte imitetur: *Creſcit aquoſus albo corpore languor.* Senſus tamen non mutatur, ſi et *turgentia* cum editionibus plurimis legere velis. *A.* *Refricare* iteratam frictionem notat, nam *Celſus* quotidie ter quaterque fieri, et vehementer, iubet. *B.*

513. De fraxini ſemine cf. *Plin.* XXIV, 8.

514. *Dropax* ſecundum *Galenum* de bona valetud. VI. vnguentum eſt, quod diſtribuendo in corpus alimento et nutritioni conducit. *Caeſar.* *Dropax* veſicatorium eſt, quo ſubcutaneae humiditates extrahuntur. *Pictor.*

516. *Qui ſubito.* Deeſt hic verſus *Leid. Reg. Vratisl. Paderb. ed. vet. Ven. Hummelb. Caeſar. Pictor.*

517. *Vnguine,* Sic interdiſtinguendi hi verſus ſunt: *vnguine* enim ad *Iaccho* referri debet. Alii reuellit: legunt, verſu 517. nullo commate diſtincto. Vltima verſus particula ex *Horatio* Carm. II. od. 2. deſumta eſt. *A.*

CAPVT

CAPVT XXVIII.

Ventri molliendo.

Saepe cibi ſpecie, vitio vel corporis ipſo,
Potibus aut duris reſtricta morabitur aluus.
Vincetur talis mora gramine mercuriali,
Cuius aquam cocti minimo cum melle bibemus.
Prunaque conueniunt, quae mittit clara Damaſcus.
Multos praeterea medici componere ſucos
Adſuerunt: pretioſa tamen quum veneris emtum,
Falleris, fruſtraque immenſa nomiſmata fundes.
Quin age, et in tenui certam cognoſce ſalutem.

Aut

518) Saepe tibi ſpecies ventris, vel. *Lipſ.* ſaepe tibi. *Cod. Wolph.* 519) cum adſtricta. *Conſt. marg.* reſtincta. *Cod. Reg.* 520) ſalua mora. *Cod. Keuch.* germine merc. *Ranz.* 521) coctam. *Cod. Vrat. Wolph. Leid. ed. vet. Hummelb.* nimio. *Ranz.* 522) pomaque. *Cod. Keuch.* cara Damaſc. *Cod. Keuch.* 524) cum venere. *Cod. Vratisl.* emptu. *ed. Ven. Lipſ.* 525) et fruſtra i. n. fundis. *Lipſ.* immenſaque num. fundis. *ed. Ven.* immerſa num. *Cod. Wolph. Leid. ed. vet. Hummelb.* fundens. *Cod. Reg.* 526) certam cognoſcere. *Lipſ.*

518. *Saepe — ſpecie.* qualitate. *Caeſar. Pictor.* De cibis adſtringentibus vid. *Celſ.* II, 30. Mercurialem herbam *Scribon.* c. 34. et *Plinius* ad aluum ſoluendam cum melle laudant. *K.*

522. *Prunaque.* Lectio: *pomaque* tolerari poſſet, quum ſub pomorum nomine omnes pomacei fructus a veteribus et recentioribus comprehendantur. *Heſych.:* *μηλον, παντος δενδρα καρπος, εξαιρετως δε της μηλεας.* idem: *μηλον, πας καρπος.* Veteres pomum *περι της παντοιας οπωρας* dixere. Damaſcena tamen pruna iam *Dioſcorides* I, 175. tanquam optima laudat. *A.*

523. *Multos.* Hunc verſum, nec non v. 524. et 525. *Ranzouius* non habet. *A.*

525. *Falleris.* Poſt hunc verſum ſequuntur in cod. Lipſ. verſus a 505. vsque ad 511. errore ſcribae manifeſto. *A.*

527. *Aut*

Aut igitur tectum lana ſupponis alumen,
Aut edis in patinis tenerae decocta ſabuci,
Vel cum lacte caprae ſalſum mulſumque capeſſes.
Crede tamen potum meliorem lactis equini:
Dicitur hic validos aſinae praeuincere ſucos.
Syluestris fici lacrymam prodeſſe loquuntur.
Quodque ſatis melius verbis dicemus Horati,
Mitulus et viles pellent obſtantia conchae.
Sed cochleas prius eſt vrtica aut furfure paſci;

Purior

527) tactum lana. *Cod. quid. Heinſ. coniect.* tecum lana. *ed. Lipſ.* 528) patcnis. *Venet.* teneris. *Cod. Vratisl. Leid. Reg. ed. vet. Ven. Lipſ. Ranz.* 529) mel cum. *Cod. Wolph.* vel tu. *Cod. Vratisl. Leid. ed. vet. Ven. Lipſ.* maluam mulſ. *Cod. Keuch.* ſalſumque. *Ranz.* vel ſalſum mulſum caprae cum lacte capeſſis. *Conſtant. marg.* capeſſis. *Cod. Vratisl. Leid. Reg. ed. vet. Hummelb.* 531) et val. *Ald.* calidos. *Ranz.* aſinae lac vincere. *Ald.* pervincere. *Cod. et edit. plures.* 533) ratis melius. *Heinſ. coniect.* dicetur. *Cod. Paderb.* 534) Mutulus *et in marg.* miſulus. *Cod. Paderb.* Mitidus. *Lipſ.* Mugilis. *Conſt.* vituli ſi viles. *Cod. Vratisl.* pollent. *Pictor.* 535) eſt *deeſt in Cod. Vratisl. ed. Venet. Ald. Lipſ.* et ſulfure. *Cod. Leid.*

527. *Aut igitur.* Videtur tale indicare, immo deſcribere medelae genus, quod Graeci βαλανον vocant, noſtri glandem. *Caeſ. Pictor.*

529. *Salſum.* οινος θαλασσιος *Scaligero* eſt.

531. *praeuincere.* peruincere alii legunt, nos praevincere in textum recepimus ex Vratislauienſi, *Wolph.* Leidenſi et regio Cod. et edit. vet. Venet. Lipſ. *Hummelberg.*

532. *Sylueſtris.* Lacrymam vocat quem lacteum ſuccum *Dioſcorides.* I, 183. *K.* Familiare veteribus eſt ſuccos ex arboribus plantisque ſtillantes lacrymas dicere.

533. *Quodque — q. patris melius* magis placet *Burmanno*, cui *ſatis melius* diſplicet, inprimis quum *Ennium* patrem Noſter ſupra vocauerit. Sed haec coniecturalia ſunt, et nulla auctoritate confirmata. *A.*

534. *Mitulus.* verſus duos ſequentes, quaſi *Horatii* eſſent, notauit ſigno quodam Aldus perperam, vt *Morgagn.* epiſt. I. p. 261. recte monet. *B.*

535. *Sed cochleas.* *Prius* id eſt melius. De cochlearum ſagina vid. *Plinius.*

537. *Tha-*

Purior hinc guſtus noxa ſine mouerit aluum.
Saepe thalaſſomeli adiecto cumulauimus imbri:
Haec purgant, parili fuerint ſi pondere mixta.

537) thalaſſomel. *ed. Venet. Lipſ.* iunctum cumul. *Cod. Paderb. Lipſ. Tornaeſ. Riu. Pictor.* cumulabimus. *Cod. Vratiſl. Wolph. Riu.* 538) pondera. *Lipſ.*

537. *Thalaſſomelon* praecox vinum eſt et vetuſtius. *Plin.* XIV, 8. *Pictor.* Secundum *Dioſc.* V, 20. thalaſſomel ex melle et aquae marinae aequis portionibus conficitur, de eoque poeta noſter loquitur. *A.*

538. aequalem portionem mellis marini et aquae pluvialis intelligit. *A.*

CAPVT

CAPVT XXIX.

Solutioni ventris et dyſenteriae compeſcendis.

Tam varii caſus mortalia ſecla fatigant,
Vt ſint diuerſis obnoxia corpora morbis.
Saepe etenim nimio curſu fluit impetus alui:
Fraenat commixto, quum feruet braſſica vino,
Aut cerafi victum longo iam tempore pomum.
Sucus aminaeae vitis cum pane medetur:
Vel

Cap. XXIX. ad aluum nimis lubricam et dyſent. compeſcendam. *Riu.* 539) quam var. *Cod. Paderb.* iam var. *Cod. Vratisl.* 541) ſaepe ego cum. *Cod. Keuch.* ſaepe etiam. *Ranz. Riu.* 542) frenat cum mixto. *Heinſ. coniect.* frenatur mixto. *Ranz.* frenat non miſto. *Cod. Keuch.* frenat cum miſto conferuens. *Scalig. emend.* frenet. *ed. Lipſ.* 543) ficcum long. *Heinſ. coniect.* vinctum long. *Cod. Bartholini.* 544) amineae ſucc. *Riu.* Succus ariminae. *Ranz.*

539. *ſecla. mortalia ſecla* pro hominibus ſaepe *Lucretius*, quem et noſter libenter imitatur. *B.* vid. *Morgagn.* ep. I. p. 283.

540. *diuerſis.* contrariis. Reſpicit hoc verſu ad caput praecedens, quo alui difficultatem pertractauit. *A.* Saepe age *Keuchenius* emendauit, ſed quam ob cauſſam, non video. *A.* Curſum eleganter diarrhoeam vocat; ita de menſtruis feminarum c. 34. et de vrina c. 32. *Menſtruos curſus* dixit *Plin.* XI, 39. *B.*

542. *Quum feruet.* non leuiter, ſed cum percoquitur. conf. *Dioſc.* II, 146. qui cramben fortiter coctam aluum adſtringere ait, et *Plin.* XX, 9. qui eadem perhibet. *K.*

543. *victum pomum.* torrefactum. *Pictor.* Conf. *Dioſc.* I, 157. *Victum pomum* eſt ſiccatum diuturnitate, quod et *Morgagni* probat Epiſt. pag. 102. de pomo vid. ad cap. 28. v. 522. — *B.*

544. *Sucus aminaeae* — Omphacinum vinum eſt, quod eſt vinum de vuis immaturis, quae ante canis ortum colliguntur. vid. *Plin.* XII, 27. *Pictor.* Eſt *αμμιναια ςαφυλη* *Dioſc.* *ſuccum* ipſum vinum vocat. — *K.* vid. *Rhod.* ad *Scribon.* p. 123. et ita Horat. III. od. 3. *nectaris ſucos* dixit. De vino aminaeo v. Voſſ. ad *Catull.* carm. LXIII, p. 155. *B.* Nomen traxit de aminaea

Vel bene permixtum calida potatur acetum.
Vile quidem facili facto, tamen vtile opinor,
Si laedunt medica data, purgatoria dextra,
Adiecto piperis medicatur puluere calda.
Sin autem longo decurrent intima fluxu,
Atque immane malum multo iam tempore gliſcit,
Torridus ex vino cortex potabitur oui.
Ramentum niuei credunt prodeſſe elephantis.
Arbore Pyramea cortex derepta coquetur
Axe ſub aetherio: ſic nigro mixta Lyaeo,

Immenſum

545) mel bene. *Ald. Ranz.* caſida pot. *Cod. L id. Reg. ed. vet.* et potatur. *Ranz.* aceto. *Ranz.* calido — acetum. *Pictor.* calido — aceto. *Cod. Lipſ.* 546) vile tamen. *Cod. Vrat.* facile factu. *Tornaeſ. Pith.* facile et factu. *Ranz.* facile eſt factu. *Cod. Paderb.* vtile certe. *Riu.* credo. *Ranz.* puto. *Reg.* fotu. *Cod. Leid. ed. vet.* opinor. *Cod. Lipſ.* 547) lentent. *Ald. Conſtant. marg.* media. *Ald.* laedent medicamenta purgantia dextra. *Cod. Vrat.* laedent medicaete purg. dextrae. *Cod. Wolph.* ſi laedent medicum tum purg. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* ſi laedent medicata. *Cod. Reg.* ſi laedent medica tum p. *ed. Venet. Lipſ.* 548) caldo. *Ranz.* 549) decurrunt. *Ranz.* 550) longo iam. *Ranz. Riu.* 551) de vino. *Lipſ.* 552) credent. *ed. Ven. Lipſ.* 553) Phyramea. *Cod. Keuch.* direpta. *Keuch. alii.* dirempta. *Cod. Leid. ed. vet.* coquatur. *Ranz.* medetur. *Ald.* 554) ſub attrito pix. *Cod. Vratisl.* tum nigro. *Cod. Paderb.*

naea regione, vbi nunc eſt Falernum, ſi credendum *Macrob. Saturn.* III, 16.

547. *Si laedunt. Lentent Ald.* et *Conſtant.* marg. habent, quae lectio minime videtur a ſcriba orta. *Lentare* hic de tardo purgantium effectu ſumendum eſſet. — *B.* De laeſione a purgatione nimia loquitur poeta, quod et medicina ex pipere probat, tardae nimis purgationi nullo modo conueniens. *A.*

551. *cortex oui.* pro teſta venuſte. vid. *Schefferus* ad Phaedr. II, 6. *Burm.*

552. *Ramentum.* — raſuram eboris.

553. *Pyramea.* Haec arbor fuit morus, ſub qua Pyramus Thisben a fera dilaceratam credidit, ſibique mortem eius cauſa conſciuit. vid. *Ouid.* Met. IV. *Caeſar.* Mori corticem et *Plin. Valer.* II, 28. eundem in finem commendauit. Per nigrum vinum Falernum forte intelligit, vt ſaepe *Martialis* VIII, 56. XI, 9. et 50. *B.*

554. *Axe ſub aetherio* eſt ſub coelo libero. *Coquetur* eſt forte ſiccetur, notante iam *Humm. A.*

556. *Numi-*

Immenſum poterit potu retinere fluorem.
Numinis aut iuſſu cedrum cum maſtiche miſces,
Mollitamque picem et raſum de nauibus vnguen.
Languida quo fidens medicamine membra fouebis.
Proderit et pueris, quos dentis origo fatigat,
Caſtaneas coxiſſe nuces et ſorba vetuſta,
Atque apium caulesque, rubus quos fundit acuta:
Potio quae fluidam conſumta morabitur aluum.

555) potus ret. *ed. Lipſ.* 556) cedrumque in. *Cod. Paderb.* in. *Reg.* miſcc. *Heinſ. coni.* 557) mcllitamque pice. *Ranz.* 558) fovebit. *Cod. Reg. ed. Lipſ.* 559) puris. *Ranz.* quos ventris. *Cod. Keuch.* 560) ſorba peruſta. *Cod. Keuch.* 561) rubi. *Cod. Wolph. ed. Venet. Lipſ.* 562) quum ſumta. *Conſtant. marg.*

556. *Numinis.* Apollinis aut Aeſculapii. *B.*

559. *quos dentis* — forte legendum *quos ventris*, vt in auito cod. Attamen lectio *quos dentis* etc. non debet immutari; difficulter enim dentientibus diarrhoea frequens eſt. His igitur ad aluum ſiſtendam praeſcribuntur ſorba vetuſta, hoc eſt arida. Verſum ſuum Noſter ex *Plinio* XXIII, 7. confecit: *Sorba ſicca aluum ſiſtunt, nam recentia ſtomacho et aluo citae proſunt. Dioſcorides* ſorba, priusquam matureſcant, ſole ſiccari iubet, I, 174. eamque ob cauſſam ſcribo *ſorba peruſta,* id eſt ſole ſiccata. — *K.* Ineptam eſſe lectionem: *ventris origo*, probat *Morgagn.* Ep. I. pag. 291. nec *peruſta ſorba* probat, ſed vetuſta eſſe ſiccata, vt ſupra v. 543. Conſpirant omnia exemplaria in vulgatam lectionem. *B.*

562. *Potio. Plin. Valer.* II, 28. *Ruborum, in quibus mora naſcuntur, cauliculi decoquuntur in vino auſtero. B.*

CAPVT XXX.

Lumbricis et taeniis purgandis.

Quid non aduerſum miſeris mortalibus addit
Natura, interno quum viſcere taenia ſerpens,
Et lumbricus edax viuant inimica creanti?
Quod genus adſiduo laniat praecordia morſu.
Saepe etiam ſcandens oppletis faucibus haeret,
Obſeſſasque vias vitae concludit anhelae.
Ergo cinis cornu ceruini proderit hauſtus,
Vel nepetae tritum ex vino vel lacte capellae:
Nec

Cap. XXX. aſpurgandis. *Cod. Vrat. Leid. Wolph. ed. vet. Hummelb.* 563) aduerſi — edit. *Cod. Paderb.* 564) viſcera. *Leid. ed. vet.* 565) inim. creentque. *Cod. Leid. ed. vet. Ald.* creatis. *Ranz.* 568) hanclae. *Ald.* 570) et nepet. *Riu.* intritum. *Conſt. marg. Ranz.* tritus. *Riu.* vt lacte. *Cod. Vrat.* cum l. *ed. Venet. Caeſar. Pictor.*

563. *addit.* malim *addis,* tu natura. Elegantius etiam foret *aduerſi*, vt et in cod. *Paderb.* ſcriptum erat, ſed talia poetae non obtrudenda. — *B.*

564. *taenia.* Libri omnes, auito meo excepto, *tinea* habent, quod falſum eſt et metro repugnat. *ταινιαι* Graecis vocantur. — *K. Tinea* ex librariorum vitio, improbante et *Morgagn.* Ep. I. p. 295. vid. et *Rhod.* ad Scribon. p. 211. *Creanti* eſt ipſi homini, qui lumbricos in corpore ſuo creat, et quaſi eorum pater eſt. *B.*

569. 570. *Ergo — capellae.* Vſtum cornu cerui commendat, imo *cinerem* vocat ipſum ramentum. Cornu cerui limatum *Scribonius* c. 41. ad lumbricos commendat. *Cineres cornu ceruini. Plin.* XXVIII, 14. ad taenias laudat. *K.* Deerant hic et ſequens verſus in Regio cod. et Paderb. ſed repetuntur cap. 32. *de veſica;* quare hic retinendos, illic delendos eſſe cenſet *Morgagn.* Epiſt. I. p. 299. qui et plurima veterum loca, in quibus hae medicinae ad vermes laudantur, adducit. *B. A.*

571. *medici.*

Nec non et ſucus medici potatur aceti.
Prodeſt praeterea cum Baccho Perſica frondis.
Democritus memorat mentae conducere potum.
Sumitur abrotonum, nec non et vile melanthum.
Allia per ſeſe ſanant, aut ius coriandri.
Quin et marrubium decoctum hauſtumque iuuabit,
Puleiumue potens et agreſte iugatur anethum:
Synthesis haec prodeſt vnda mollita calenti.

571) ſed tamen et. *Ranz.* modici. *Cod. Lipſ.* potatus. *Cod. Wolph. Ald. Riu.* potantur. *Cod. Reg.* 572) frons et. *Conſt. marg.* 573) menta. *Cod. Reg. Lipſ.* 575) et ius. *Cod. Wolph. Leid. Reg. ed. vet. Hummelb.* 577) iungatur. *Cod. Leid. Reg. ed. vet. Caeſar. Conſtant.* iuuabit. *Cod. Simleri.* 578) hoc prodeſt. *Cod. Paderb.*

571. *medici.* cuius vſus medicis eſt frequens. *Pict.*

572. *Perſica frondis.* frondis recto caſu dictum eſt, alias *frons*, nec hoc *Servius* fieri negat. *Caeſar.* *Perſica frondis* μηλεας Περσικης τα φυλλα. Sic ea folia vocantur, quae trita et vmbilico impoſita lumbricos occidunt. — *Keuch.*

577. *iugatur. iungatur* plures vitioſe habent, nec hanc ſcabiem *Morgagnius* depulit, ſecurus ſemper editionis Conſtantinianae. *B.*

578. *Syntheſis.* compoſitio. Deeſt hic verſus in Cod. Leidenſi et edit. vet.

CAPVT XXXI.

Colo ſedando.

Quum colus (inuiſum morbi genus) intima carpit,
Mande galeritam volucrem quam nomine dicunt,
Aut pauidi leporis madefacta coagula pota.
Siue apio nepetas tereti cum maſtiche iunges,
Nec non et ſpecies ſemper redolentis anethi,
Quarum decoctos patiens haurito liquores.

579) colon. *Caeſar. Pictor. Riu.* 580) galem victam. *Ranz.* mande galem vita. *Cod. Leid. ed. vet.* mande gale vitam. *ed. Venet.* manda gale victum v. nom. d. *Cod. Reg.* dicant. *Lipſ.* 582) tritas cum. *Wolph. Riu.* iungas. *Wolph.* tritas — iungas. *Cod. Lipſ.* iunge. *Cod. Reg.* 583) ſpecies ſembes. *Cod. Keuch.* ſp. ambas. *Cod. et edit. plurim.* athlantis. *ed. Ven. Lipſ. Ranz.* adiungis aneth. *Cod. Wolf.* 584) quorum. *Cod. Leid. Reg. ed. vet. Hummelb. Wolph.*

579. *colus.* Colon hic pro morbo inteſtini coli, quemadmodum et a *Plinio* accipitur XXVI, 1. et quum prima eius dictionis ſyllaba naturaliter longa ſit, quippe quae Graecis κωλον ſcribitur, ab auctore tamen, metri forte cauſa, corripitur, aut quia id non animaduertit. *Caeſar.*

580. *Galeritam volucrem.* Lege *Alexandrum Trall.* et *Plin.* XXX, 7. *Conſtant.* Ex hoc *Plinii* loco haec ſine dubio Noſter deſumſit, quo et variae huius auis praeparationes deſcribuntur. Graeci κορυδαλλον vocant, *corydalum* latini. vid. *Greg.* Turonenſ. L. IV. — *K.*

581. *coagula.* Stercoris pilulas. — *K.*

583. *Species ſ. r. anethi.* *Species ambas* omnes libri habent, quum tamen duae anethi ſpecies a veteribus non recenſeantur. *Hummelbergius* meon herbam intellexiſſe per alteram ſpeciem anethi putat. Verum hic certe librariorum incuria accuſanda eſt. *Halantis Heinſius* cenſebat. *A.*

CAPVT XXXII.

Veſicae et calculo purgando et vrinae prouocandae.

Si cui veſicae tardus cunctabitur humor,
Haec mora rumpetur vino peruicta vetuſto.
Prodeſt ex paruis acinos potare ſabucis,
Aut hederae ſucum, aut lacrymoſi trita ſinapis.
Nec non reſinas ex Oricia terebintho
In ſpeciem eruiliae paruos glomerabis in orbes,
Quos ternos tepida mixtos hauſiſſe medela eſt.
Quondam etiam nimio praeceps vrina fluento
Irrigat exuuias obſcaenoque inficit imbri:

Proderit

586) Nec mora. *Ranz.* victo peru. *Cod. Reg.* prouecta. *Ranz.* 587) et paruos acidos p. ſ. *Ald.* 588) intrita ſin. *Conſt. marg.* 589) non et. *Cod. Vrat.* orithia. *Cod. Leid. ed. vet.* reſ. oricia ter. *Hummelb.* ex oricia et tereb. *Cod. Reg.* ex orithia. *ed. Lipſ.* et oricia et tereb. *Cod. Vrat.* exortas ex tereb. *Cod. Lipſ.* 590) hyruiliac. *Lipſ. Hummelb.* glomerabit. *Cod. Leid.* 591) tepida ternos. *ed. Ven. Lipſ.* teneros tepida. *Cod. Lipſ.* auxiſſe. *Cod. Reg.* 592) nimium. *Cod. Vratisl. Leid. ed. vet. Hummelb.* fluendo. *Cod. Vratisl.* 593) irrigat imbri. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet. Ranz.*

585. *Si cui.* De iſchuria, ſeu ea vrinae ſuppreſſione, quae propter veſicam fit, poeta loquitur. *K.*

588. *lacrymoſi.* ab effectu. *Pictor.*

589. *Oricia.* *Seruius* ad *Virg.* Aen. X. *Oricos ciuitas* eſt Epiri, iuxta quam naſcitur terebinthus, nigrum lignum habens, folia in buxi ſpeciem. — *K.*

590. *eruiliae* — hoc eſt in formam paruam et rotundam, cuiusmodi eſt eruilia, leguminis genus. — *Hummelb.*

592. *Quondam* — Tranſit ad contrarium vitium, diabeten. Exuuias pro veſtibus poni docui ad *Valer. Flacc.* v. 252. ex *Valer. Max.* l. 1. §. 16. vbi vid. interpr. *B.*

Proderit ergo cinis nepetae, ſi talia paſſo
Ex vino detur, vel ſimae lacte capellae.
Tum leporis cerebrum ex vino potare iuuabit.
Si dolor internam veſicae concoquit aluum,
Subueniet radix frondoſae epota cupreſſi,
Puleiumue potens domitum feruentibus vndis.
Si vero in lapides denſus conuertitur humor,
Qui retinet curſus gemitumque dolore frequentat,
Saxifragam,

594) Ergo cinis cornu ceruini proderit hauſtus. *lect. vulgat. text. Keuch. Burm. al.* Ergo c. nepetae ſuccus vel proderit hauſtus. *Ald.* e. c. proderit hauſto vel nepetae ſuco. *Cod. Vrat.* e. c. prodeſt hauſto nepetae quoque ſucco. *Pictor.* ergo c. nepetae ſucco tunc proderit hauſto. *Cod. Lipſ. Wolph.* c. c. prodeſt hauſtus vel nepete ſiccum. *Cod. Reg. Leid. Ed. vet.* proderit ergo cinis hauſto nepetae quoque ſucco. *ed. Ven. Lipſ.* proderit ergo cinis hauſto vel nepeta ſucco. *Cod. Voſſ.* 595) vel nepetae ex vino tritum, vel lacte capellae. *lect. vulgat. text. Keuch. Burm. al.* et vino tritus datus aut cum lacte capellae. *Ald.* conditum et vino tritum vt l. c. *Cod. Vrat. Reg. Leid.* ex vino muris tritus vel l. c. *Pictor.* et vino tritus datur aut cum l. c. *Wolph.* ex virco vitium tritum vel l. c. *ed. Venet. Lipſ.* ex vino tritus datur aut cum l. c. *Ald.* potatum ex vino tritum. *Cod. Voſſ.* 596) pot. debebit. *Cod. Vrat. Reg.* decebit. *Cod. Leid. Lipſ. ed. vet. Venet. Lipſ. Ald. Hummelb. Caeſar. Gryph. Pith.* 597) Sed d. i. v. ſi coquit. *Cod. Vrat. Leid. Paderb. Lipſ.* ſed — — ſi capit. *Hummelb.* 598) S. frondoſa radix. *Cod. Vrat. Ranz.* radix et frons. *Cod. Lipſ. Ald.* 600) denſabitur humor. *Cod. Vratisl. Leid. ed. vet.* 601) retinent — frequentant. *Ranz.*

594. *Proderit — capellae.* Vt in vulgatis edit. et a *Keuchen.* et *Burm.* hi verſus leguntur, ex cap. 30. v. 569. huc intruſi ſunt, recte monente *Morgagn.* Ep. I. p. 298. Hiatum autem quendam remanere, ſi poſt *imbri,* v. 594. et 595. omiſſis, *tum leporis* legas, vel ex eo intelligitur, quod in omnibus codic. hi duo verſus, ſed varia lectione varie dehoneſtati proſtent. Non itaque exturbandi ſunt, ſed medicina iis facienda, quam commodiſſimam eſſe putamus, ſi lectionem *Ranz.* et *Riuini,* ex MS. cod. profectam, in textum recipimus. Idque a nobis factum eſt, pluribus rationibus motis, quas expoſuimus in epiſt. noſtra in *Seren.* pag. 223. ſeq. *A.*

597. *concoquit.* dilaniat. *Pict.*

601. Legi poſſet *retinent* et *frequentant*, quum de lapidibus ſermo ſit. *Curſus* iter vrinae. Ita in ſoluta aluo curſum dixit. c. 29. — *B.*

602. *Saxi-*

Saxifragam, ſeu fontigenam ſuccurrere credunt.
Praeterea ſemen myrti ſylueſtris Iaccho
Atque oleo mixtum bibitur, nec deſit acetum,
Vinaque ſumantur fricto condita cumino:
Siue palumborum capitur fimus aëriorum,
Dulcacidis ſparſus ſucis, trituque ſolutus:
Nec non obſcaenus caprae potabitur humor.
Obruit hic morbum, labefactaque ſaxa remittit.

602) ſeu ſaxciphagon. *Ald.* frangiten. *Cod. Vrat.* frongiten. *Cod. Leid. Lipſ. ed. vet.* fungiterem. *Cod. Paderb.* ſpholitum. *Cod. Keuch.* ſphongitem. *Hummelb. Cod. Reg. Pith. Tornaeſ.* fontigetem. *ed. Venet. Lipſ.* frontigenam. *Ranz.* 604) olei m. *ed. Lipſ.* mixto. *Cod. Reg.* nec deſit. *Ald.* deſ. anetum. *Ald. Cod. Vrat.* 605) ſum. fricta. *Cod. Leid. ed. Ven.* ficto c. caruino. *Cod. Keuch.* 606) Saepe pal. *Riu.* carpitur. *Cod. Leid. Reg.* capit. fumus. *Lipſ.* fimum. *Keuch. coniect.* acre ferorum. *Wolph. Cod. Lipſ. Conſt. Keuch. al.* ac referoſum. *Cod. Vrat.* 607) tritum atque. *Ranz.* ſparſum — ſolutum. *Keuch. text. alii.* tritoque ſolutum. *Cod. Leid. Reg. ed. vet.* trituque. *Caeſar. Pictor. Conſt. Pith.* 609) labefactans. *Cod. Vrat. Ald.*

602. *Saxifragam.* Saxifragam videtur fontigenam quoque appellare *Serenus*, quod, *Plinio* XXII, 21. teſte, eius natura eſt vmbroſas petras ac fontium maxime ſpecus ſequi. *Caeſar.* per fontigenam ſcolopendriam intellexit, herbam aperitiuam et diureticam *Pict.* *Spongitem* probam etiam lectionem praebet, quam et *Dioſc.* V, 163. tueri videtur, qui lapidibus in ſpongiis vim calculos comminuendi tribuit. Poſſet etiam legi S. ſ. *tecolithum* ex *Plinio* inprimis, XXXVII, 10. vbi tecolithos calculum frangere et expellere dicitur. Haec tamen lectio non temere recipienda eſt. *K.*

604. *atque oleo,* συσινῳ ελαιῳ. quod ad renum et veſicae dolores veteres maxime commendant. v. *Dioſc.* *K.*

606. *aëriorum.* Acre ferorum plurimi legunt, ſed falſo. Praeſtat omni modo recepta lectio. *A.*

609. *remittit.* frangit, lubrica facit, vt facile expelli poſſint.

CAPVT XXXIII.

Conceptioni et partui.

Irrita coniugii ſterilis ſi munera languent,
Et ſobolis ſpes eſt multos iam vana per annos,
Femineo fiat vitio res, nec ne, ſilebo.
Hoc poterit quartus magni monſtrare Lucreti.
Sed natura tamen medicamine victa potenti,
Saepe dedit foetus, ſtudio curante, paratos.
Aut igitur leporis conſumit femina vuluam,
Aut ouis, in ſtabulis fractas quum ruminat herbas,
Pendentem

Cap. XXXIII. de conceptione et partu. *Ranz. Riu.* 610) ſi munia. *Cod. Keuch.* 611) nec ſob. *Wolph. Ranz.* nec ſ. p. multos iam. *Ald.* nec — dum vana. *Cod. Leid. Reg. ed. Lipſ. Ven.* et — dum vana. *Cod. Vrat. Conſt. marg.* 613) pot. virtus. *Cod. Vrat.* quercus. *Ranz.* partus. *Cod. Leid. ed. vet.* 614) iuncta pot. eſt. *Lipſ.* victa parato. *ed. vet.* potenti eſt. *Cod. Leid. Reg. ed. Ven.* 615) ſaepe ferat. *Cod. Keuch.* parato. *ed. vet.* 616) conſumſit. *Ranz. Riu.* 617) carptas quum. *Conſt. marg.*

610. *munera.* Sunt haec quae munia dicimus. Poſſet tamen et *munia* ex *Keuchenii* codice poni, quia multae voces rem militarem ſpectantes ſaepe transferri ſolent ad opus veneris, munia vero proprie militum ſunt. cf. ad *Ouid.* Art. I, 69. et ad *Gratian.* 260. ad *Nemeſ.* Cyn. 194. nihil tamen temere moveo, nam et munus eadem ratione dici ſolet. *B.*

614. *Sed natura.* Id de religione, qua Veneris ſacris operaturi prius ſacrificabantur, antiqui medici negabant, de ſuperſtitioſa medicina concedebant. cf. Lucret. IV, 1230. — *K.* Haec non intelligo, quum poeta hoc tantum aſſerat, quod ſterilitas medicamentis ſubinde curari poſſit. Verſ. 615. deſideratur in *Cod. Lipſ. A.*

616. *leporis vuluam.* conf. *Plin.* XXVIII, 19. Non infrequens fuit veteribus partium genitalium ex animalibus ad ſobolis generationem vſus. *A.*

617. *fractas.* Alii *carptas* legunt, non male, nam *carpere* proprie animalia dicuntur pabula et herbas. Nihil tamen temere mutandum; *frangit* enim dentibus herbas, antequam ruminat — *B.*

620. 621.

Pendentem ſpumam molli deducit ab ore,
Atque illam meminit mixto potare Falerno.
Mercurialis item capitur communiter herba:
Sic cubitum noctu coniux feſtinat vterque.
Atque vbi iam certum ſpondet praegnatio foetum,
Vt facili vigeat ſeruata puerpera partu,
Dictamnum bibit, et cochleae manduntur edules:
At qui olim menſes minus octo moratus in aluo
Irrumpit thalamos, et nexus ſoluit inertes,

Pulegio

618) ſpumam nulli. *Lipſ.* 619) memini. *Cod. Reg. ed. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. Ranz. Riu.* 621) Si cub. *Cod. Reg.* feſtinet. *Pith. Caeſar. Pictor. Ranz. Riu.* 622) aſt vbi. *Ald.* 623) aut facili. *Cod. Reg.* facile. *Ranz.* lebrata puerp. *Cod. Keuch.* partum. *Cod. Vratisl.* 624) bibitur. *Cod. Keuch. Gryph. Lipſ. Caeſar. Pictor. Riu.* bibitur cochleaeque. *Cod. Vratisl. Reg.* 625) At. *Wolph. Tornaeſ. Ranz. Riu.* at ſi per menſes. *Ald.* aut olim menſes minus opto moratus aluo eſt. *Cod. Vratisl. Reg. ed. Venet. Lipſ.* vt olim menſes. *Cod. Leid. ed. vet.* aut quum olim. *Conſt. marg.* atqui olim. *Pith.* At ſi quis per olim. *Cod. Lipſ.* moratur. *Ald.* Vt menſes — eſt. *Hummelb.* irrumpat — ſoluat. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* 626) erumpit. *ed. Venet.* dirupit, perrupit. *Morgagn. coniect.* thalamis. *Conſtant. marg. Wolph.* nixus. *cod. et edit. quaed.* nexos. *Cod. Reg. Wolph.*

620. 621. *Sic — vterque.* Si nimirum herbam mercurialem communiter antea aſſumſerint, vel ſi herbam merc. *communiter*, id eſt duo eius herbae genera, maſculum et femellam, ante receperint. De huius herbae vſu ad hunc finem cf. *Plin.* XXV, 5. et *Dioſc.* — *K.* *Communiter* ſine dubio de vtroque coniuge capiendum. *B.*

625. *At qui* — Subaudi partus. *Caeſar.* *Serenus minus octo* dixit pro ſeptem, quo naſci perfectum partum veteres putarunt. *K.* *Dirumpit*, aut erumpit *Morgagni* poſuit Epiſt. I. p. 301. qui totum hunc locum de partu praecoci intelligit, quum foetus ante iuſtum tempus clauſtra ſua perrumpit. Sed partus ſeptimeſtris a veteribus vnanimi mente pro perfecto habitus eſt, indeque poetae locus de partu quidem perfecto et naturali, ſed tamen difficili, ob nexuum inertium nimis maturam ſolutionem intelligendus eſt. *A.*

626. *nexus* hoc retinendum eſt; nexus enim omnia comprehendit, quibus foetus in vtero retinetur. *A.*

627. *Pule-*

Pulegio admixto venit embryo nectus aceto,
Cuius opem veram caſus mihi ſaepe probarunt.
Quin etiam ſtercus ſupponunt vulturis atri,
Sentiat vt minime partus quum proximus vrget:
Oua etiam rutae et fragili miſcentur anetho,
Quae diluta ſimul vino atque exhauſta medentur.

627) pulegii quoque purgati tunc conuenit imber. *vulgata text. lectio.* pulegii bene purgati conu. imber. *Ald.* pulegii quoque purgari tunc conuenit imbre. *Cod. Wolf. Pictor. Riu.* puleio quoque amico conuenit imbrotus. *Cod. Vrat. Reg.* pulegii quoque potus amico conuenit imbre. *Cod. Paderb. ed. Ven. Lipſ.* pulegii quoque iam purgari conuenit imbre. *Ranz.* 630) ſent. aut. *Lipſ.* et. *Ranz.* qui. *Ald. Cod. Wolf.* minimum. *Cod. Leid.* partum quum. *Cod. Lipſ.* 631) tuto etiam. *Cod. Keuch.* et *deeſt in Cod. Vrat.* ac. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* fragili rupta m. a. *ed. Ven. Lipſ.* 632) leni Baccho. *Cod. Paderb.*

627. *Pulegio.* Vulgata lectio eſt: *pulegii quoque purgati tunc conuenit imber.* a Burmanno, Keuchenio et aliis recepta; ſed *το quoque* manifeſte indicat, huic verſui alios praeceſſiſſe, in quibus medicinae ad eundem finem commendatae ſunt. Quod et *Aldus* probe perſpexit, qui loco *quoque bene* poſuit. Lectio a nobis recepta codicis *Keuchen. Gryphian. Leidenſ.* et edit. *Hummelb. Tornaeſ.* veteris, nec non marginis *Pith.* auctoritatem habet, nec ita facile reiicienda a Morgagnio Epiſt. I. p. 302. putatur. De pulegii ad partum difficilem vſu vid. *Plin.* XX, 14. et *Dioſc.* III, 36. *A.*

629. *Dioſc.* II, 98. *γυπος ὑποθυμιασθεισα εμβρυα εκτινασσειν παραδεδονται.* — *K.*

630. *Sentiat.* Subaudi femina. *Caeſar.* Vt dolores ex partu proxime inſtanti leniantur.

631. Optimam lectionem *Plinius* demonſtrat XXIX, 3. *Tota oua adiuuant partum cum ruta et anetho pota* ex vino. — *K.*

CAPVT

CAPVT XXXIV.

Profluuio cuiusque ſanguinis et matrici ſubueniendae.

Si modicus pleno manat de corpore ſanguis,
Subuenit: at nimius cum vita funditur ipſa.
Quapropter multo naris completa cruore
Quum fluit, attritus cimex conducit odore.
Lana oleo madefit, ſed nondum lauta, roſato:
Haec datur in nares, vel claudit denſius aures.
Contritis prodeſt cochleis perducere frontem:
Aut galli cerebro, vel ſanguine tingue columbae.
Quod niſi ſupprimitur ſanguis, potandus et ipſe eſt.
Praeterea Phariis caput emetire papyris,

Detrahe

Cap. XXXIV. Profluuio. *Cod. Keuch.* Sanguinis, e naribus, vtero, veſica, vndecunque ſiſtendo et menſibus promouendis. *Gesn. Riu.* Quomodo profluuio ſanguinis cuiuscunque et matricis ſuccurras vitiis. *Ranz.* 634) minus cum. *Lipſ.* nimium — ipſe. *Pictor.* 636) confluit. *Lipſ.* odorem. *Cod. Vrat. Lipſ. Ven.* 637) lana madens oleo. *Gesn. coniect.* olea. *Caeſar.* malefit. *Lipſ.* droſato. *Cod. Keuch.* rogata. *Cod. Vrat.* roſarum. *Cod. Leid. Hummelb. ed. vet.* 638) hoc datur. *Ranz.* vt claudit. *Cod. Vrat.* claudet. *Hummelb.* denſior a. *Conſt. marg.* lentius a. *Cod. Leid. ed. vet.* 639) conducere frontem. *Cod. Vratisl. Lipſ. Paderb. Leid. Reg. Hummelb.* producere. *Wolph.* obducere. *marg. Cod. Gryph. Ald. Ranz.* 640) cerebrum vel ſanguen mitte c. *Wolph.* ſanguine mitte. *Cod. Reg. ed. vet. Lipſ. Ald.* mite. *Cod. Paderb. Lipſ.* mitisue cruore. *Ranz.* 641) ſanguis et ipſe bibendus. *Ranz.* 642) variis. *Ranz.* quoque caput mentire. *Cod. Vratisl.* caput metire. *Cod. Reg. ed. Ven. Lipſ.* caput hic. *Wolph.*

637. Succida lana. Ex *Plinio* XXIX, 2.

639. de voce *perducere* v. ſupr. ad cap. 1. et 5. Et haec ex *Plinio* deſumta ſunt XXX, 13. *K.*

640. Galli cerebrum ad haemorrhagias ἐκ μήνιγγος *Dioſc.* II, 53. columbae autem ſanguinem II, 97. ad eundem morbum commendat. Sed haec ex *Plinio* depromta ſunt. *A.*

641. Sanguinem e naribus profluentem credo velle Samonicum. *B.*

642. Horum verſuum accuratam interpretationem habes apud *Plinium* XXVIII, 6.

643. *illo.*

Detrahe quod ſupereſt, illo genitalia necte.
Femineas prodeſt illinc vincire mamillas,
Menſtruus immenſo ſi profluit impete ſanguis.
Succida lana malos remoratur ſubdita curſus,
Mortua quin etiam producit corpora partu.
Sed quacunque fluit vis immoderata cruoris,
Subereus cortex calidis potatur in vndis,
Ante minutatim, ſtudio vincente, terendus.
Puleii calido purgatur femina potu.
Sed ſi forte cruor clauſa cunctabitur aluo,
Aut molles nepetae, aut rutae quaecunque bibentur,
Aut ſi puniceos fundit veſica liquores,
Marrubium ex paſſo tritum perfunditur vndis:
Hi poterunt hauſtus rutilum purgare colorem.

Reliquias

643) detere quod. *Cod. Voſſ.* alio genit. vulgata. *Conſt. Keuch. alior.* 644) vinctis vincire. *Conſtant. marg.* 645) inuſto ſi. *Cod. Keuch.* ſi quaeſiuit impete. *Pictor.* 648) quaecunque. *Wolph.* quocunque. *Ranz.* 649) Subernus. *Cod. Reg. Gryph. Paderb. Wolph.* ſupernus. *Cod. Reg.* 650) vicente. *Cod. Reg.* 652) ſub ſi f. *Cod. Vratisl.* 653) quacunque. *Cod. Reg.* plerumque. *Cod. Leid. ed. vet.* 654) at ſi. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb. Ald. Conſt. marg.* 655) marrubio ex parſo. *Cod. Reg.* marrubium exſparſo. *ed. Ven. Lipſ.* ſparſis. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet. Hummelb.* 656) p. cruorem. *Cod. Leid. Hummelb. ed. vet.* liquorem. *Ald. Riu. Conſt. marg.*

643. *illo. Alio* alii habent. *Hummelb.* interpretatur libro et cortice interiore, ex quo funes et alia fiunt. Senſus eſt, papyro caput circumdandum eſſe, et partibus papyri abſciſſis ſuperfluis genitalia nectenda. *B.*

644. *illinc.* ex eadem papyro, vt ſupra cap. 12. et cap. 48.

646. Poſt hunc verſum *Ranzouius* verſ. 685. ſed corruptum hoc modo habet: *qui dolet atque illas vulnus deſpumat in ipſum. A.*

ſubdita. in peſſo. *Conſtant.*

651. hunc verſum ſequenti ſubiicit *Aldus.* Transponendos in hoc capite quosdam verſus eſſe *Morgagni* monet Epiſt. I. pag. 247. 301. *A.*

653. *quaecunque.* ſatiua aut ſylueſtris. *Conſtant.*

655. *ex paſſo.* vino cocto. *Pictor.*

657. *Reli-*

Reliquias partus dictamni detrahit herba.
Quod ſi feminei properabit ſanguinis imber,
Eſt, qui fruſta molae percuſſu decutit vno,
Quorum aliquid lanis tectum ad praecordia nectit,
Haec ſimul incantans, ſiſti debere cruorem,
Vt lapis ille viae ſolitos iam deſtitit orbes.

657) partus eadem tibi. *Cod. Leid. Reg. ed. vet. Gryph. Hummelb. Caeſar. Riu.* lacta tibi. *Cod. Vrat. Reg. Leid. ed. Venet. Lipſ.* lata detrahit. *Cod. Paderb.* detrahet. *Cod. Vrat. Reg. Leid. Hummelb. Ranz.* 658) properauit. *Cod. Reg.* 659) molae percurſo. *Cod. Vratisl.* percuſſus. *ed. Venet. Lipſ. Caeſar.* percuſſo. *Cod. Leid. ed. vet.* 660) aliquid. *Cod. Leid. ed. vet. Humm. Riu.* aliquot. *Ed. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor.* aliquid rectum etiam. *Lipſ.* 661) ſiſti dixere. *Lipſ.* fluorem. *Reg.* 662) ſolito — orbe. *Conſt. marg.*

657. *Reliquias partus.* ſanguinem ex partu in vtero reſiduum. Lectionem: *dictamni herba* probat *Plinius* XXVI, 15. *K.*

659. *Eſt qui* — Falſo hos verſus de mola in vtero intellexit *Pictorius*, quum de lapide molari loquatur poeta, vno ictu percutiendo et fruſtis collo appendendis. —

CAPVT

CAPVT XXXV.

Internecandis quae oculos impediunt.

Mobilis hirſutas horret laſciuia ſetas,
Et gaudet rapto nudari flore pilorum.
Sed bona nonnunquam vellendi cauſa videtur,
Corpora quum releuat ratio manifeſta ſalutis.
Namque oculos infeſta pilorum tela laceſſunt,
Quodque illis dederat vallum natura tuendis,

Inde

Cap. XXXV. pilis oculorum vel queiscunque internecandis. *Riu.* pilis quibuscunque internecandis quae oculos impediunt. *Ald.* interſecandis. *Caeſar. Pictor.* 663) mollis et hirſ. *Conſt. m. Ranz.* nobilis hirſ. *Cod. Reg. Paderb. Wolph. Ald. Conſt.* 664) rore pilor. *ed. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor.* 666) renouat r. *Ranz. Riu.* 667) r. infeſta. *Ald.* infecta. *Cod. Vrat. Reg. Leid. ed. vet. Ven. Lipſ.* 668) validum nat. *Cod. Leid. Reg. ed.vet. Ven. Lipſ. Ranz.*

663. *Mobilis — laſciuia.* ſc. oculorum. ex optimis libris. *Mobilis oculorum petulantia Petronius* c. 126. dixit. *Florem Hummelb.* exponit radicem et originem, vnde pilus excreſcit. Florem de capillis noſter dixit, hic de pilis palpebrarum cape. *B.* *Laſciuia* de oculorum mobilitate dictum. *flos pilorum* de pilis luxuriantibus, maxime verſus interiora verſis. *A.*

665. *Bona cauſſa.* quia aliter mollitiei indicium erat velli. vid. *Sueton.* Caeſ. 45. et paſſim *Martial.* et alii vulſos perſtringunt. *B.*

667 — 669. *Namque — orbes.* duo morbi deſcribuntur, oculorum a palpebrarum pilis irritatio, ipſarumque palpebrarum a pilis inuerſis inflammatio. De caſu pilorum in palpebris et de praeternaturali eorum augmento hi verſus, vt *Keuchen.* quidem voluit, nullo modo intelligendi ſunt. *Vallum* hic de palpebris dicitur, non de palpebrarum pilis, vt *Keuchenius* ex *Ciceronis* de Orat. 2. verbis adferere videtur. *Proprios in orbes* de palpebrarum orbe capiendum eſt, non de oculis ipſis, palpebrae enim ex pilorum inuerſorum irritatione inflammantur et in tumorem eleuantur. *A.* Deerat v. 669. regio Cod.

670. San-

Inde inimica ſeges proprios deſaeuit in orbes.
Ergo locum crinis vulſi continge cruore,
Quem dat auis, tremulis ſimulat quae pellibus alas,
Sanguine vel ricini, quem nigro de cane velles.
Praeterea quascunque voles auertere ſetas,
Atque in perpetuum rediuiua occludere tela,
Corporibus vulſis ſaniem perducito ranae:
Sed quae parua ſitu eſt, et rauco garrula queſtu.
Nec non e ſtagnis ceſſantibus exul hirudo

Sumitur,

669) validus deſaeu. *Cod. Vratisl.* validos deſ. *ed. Ven. Caeſar. Pictor. Lipſ.* 671) tremulas. *Ranz.* ſimulatque. *Cod. Vratisl.* 673) euellere ſetas. *Wolph.* auellere. *Cod. Paderb.* 674) excludere tela. *Heinſ. coniect.* obducere. *Gryph. marg.* obducere taedam. *Lipſ.* obcrudere. *Cod. Paderb.* 675) perfundito ranae. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet. Hummelb.* perductio. *Wolph.* 676) ſatu eſt. *Heinſ.* et clamoſe gerina q, *Cod. Keuch.* 677) quae ſtagn. *Keuchen. alii. Wolph.* quae ſtagn. c. haeſit. *Conſt.* extat hirudo. *Lipſ.* nec non et ſtagnis. *Cod. Leid.* exos hirudo. *Cod. Reg. Paderb. Conſt. Voſſ. Burm. text.* nec non eſt agnis c. exhoſo hirudo. *ed. Ven. Lipſ.* exul hirudo. *Caeſar. Pictor.*

670. Sanguinem veſpertilionis intelligit.

672. *Sanguine vel* — Hic verſus verſum *quem dat auis* ſequitur in MS. cod. in impreſſis vero deſideratur. *Wolph.* Exhibet etiam *Cod. Voſſ.* edit. *Ald.* nec eiiciendum puto. De ricino, inſecto variis animalibus moleſto, vid. *Nemeſ.* Cyneget. 209. et infr. cap. ſeq. *B.*

674. *occludere.* prohibere, ne iterum creſcant.

675. ranam commendat minutulam, calamitam, viridiſſimam. *Plin.* XXXII, 10. *Conſtant.* Ex *Plinii* loco citato omnia haec deſumta ſunt. Viridium ranarum cruorem ad pilos exſtirpandos plurimi veteres medici laudarunt. *K.*

677. *Nec non* — Huiusmodi vnguentum apud *Plin.* XXXII, 10. deſcribitur, tum quod ex ranarum, tum quod ex ſanguiſugarum ſuco conficitur, appellaturque Graecis *ψιλωθρον*, Latinis depilatorium. *Caeſar.* Variae admodum v. *677.* lectiones ſunt. *Burmannus* loco *exul*, aut *quae haeſit*, *exos* in textum recepit, eamque lectionem variis auctoritatibus defendit, quam plane reiiciendam putamus, quum *exos*

verbis

Sumitur, et viuens Samia torretur in olla:
Haec acidis vngit permixta liquoribus artus,
Auulſamque vetat rurſus percreſcere ſyluam.

678) Sana torquetur. *Cod. Lipſ.* in aula. *Wolph.* 679) iungit. *Conſt. Gryph. Pictor. Tornaeſ.* vnge. *Cod. Lipſ.* 680) procreſcere. *Cod. Vrat. Ranz. Tornaeſ.* crebreſcere. *Cod. Keuch.*

verbis proxime praecedentibus, *e ſtagnis ceſſantibus* plane non reſpondeat. Nos *exul* ex *Caeſario*, *Pictorio*, *Ranzouio* recepimus, nec illis indignabimur, qui *quae ſt. ceſſ. haeſit* cum *Keuchenio* legere malunt. *A.*

CAPVT

CAPVT XXXVI.

Omnibus obſcaenis medendis.

Dicendum et quae ſit membris medicina pudendis.
Languidus antiquo purgatur penis Iaccho,
Ac ſuper illinitur fecundae felle capellae.
Mane nouo myrti frondes commandere prodeſt,
Cui dolet, atque illas in vulnus deſpuat ipſum.
Faece etiam vini genitalia lauta leuantur,
Et tumidos teſtes Nereia lympha coërcet,
Vel bulbi ex mulſo, vel cera immixta cupreſſo:
Aut faba cum tepidis Bacchi decocta fluentis.
Ramicis immenſum fertur cohibere tumorem

Far

Cap. XXXVI. Obſcaenis membris medendis. *Gesn.* Pudendorum vitiis. *Wolph.* 681) pudoris. *Cod. Voſſ.* 683) lacte cap. *Wolph. Ranz. Riu.* 684) nouum m. *Cod. Vrat. Reg.* myrtus. *Cod. Keuch.* quoque mandere. *Cod. Leid. Wolph. ed. vet. Hummelb.* 685) qui dolet. *Cod. Leid. Reg. ed. vet. Ald. Riu.* quod dolet illas. *ed. Ven.* quod dolet ac illas. *Lipſ.* ter ſpuere. *Cod. Keuch.* deſpuere. *Conſt. marg.* diſputat. *Cod. Vrat.* 686) lauantur. *Cod. Vrat.* 687) Meneia. *Cod. Vrat.* 688) aut bulbi. *Ranz.* bulbo. *Lipſ.* cera vel. *Ranz.* 689) cum tepuit. *Conſtant. marg.* vini. *Ranz. Riu.* Baccho. *Lipſ. Ald.* 690) dolorem *in marg.* tumorem. *Cod. Vrat.*

682. *Languidus.* Vitium hic ſubeſſe credo. Non video enim, quis hic locus purgationi ſit. Sed de languore agit, et ſeq. verſibus medicamenta praeſcribit, quibus pars vitio affecta illini debet. Quare ſuſpicor, ex lectione alia *curatur*, vt citat *Wouverius* ad *Petron.* poſſe effici *duratur*, vt itaque poetae mens ſit, fortem fieri duratum et rigidum penem ex antiquo vino. *B.*

685. *deſpuat.* lectio *ter ſpuere* mihi non diſplicet; nam ſuperſtitioſa illa numeri ternarii obſeruatio obuia eſt. — *B.*

687. *Nereia nympha.* aqua marina.

690. *Ramicis.* Ramex hernia eſt aut durities inſtar ſcirrhi, in carnoſis maxime locis proueniens. *Pictor.*

 693. *glan-*

Far madidum lympha et feralis fronde cupreſſi:
Vnde etiam potu frons haec memoratur amica.
Sin autem exiſtit durum tibi glandibus inguen,
Proderit induci cochleas cum melle minutas.
Obſcaenos ſi pone locos noua vulnera carpent,
Horrentum manſa curantur fronde ruborum.
At ſi iam veteri ſuccedit fiſtula morbo,
Muſtellae cinere immiſſo purgabitur vlcus,
Sanguine ſeu ricini, quem bos geſtauerit ante.
Herba chelidoniae fertur cum melle mederi,
Herbaque cum ſeuo foliis de mille vocata.

691) lymphis medica cum fronde. *Cod. Lipſ. Wolph. Ald.* lymphis feralis fronde. *Cod. Vrat. Leid. Reg. ed. Ven.* lymphis ferali ac fronde. *Hummelb.* ferali fronde. *Pictor.* lymphis et fera fronde. *ed. Ven. Lipſ.* lympha et ferali. *Caeſar., Pictor. Tornaeſ. Gryph.* ferali a fr. *Riu.* et feralis forma. *Cod. Paderb.* 692) etiam tanto. *Cod. Keuch.* etiam ex fotu. *marg. Conſtant.* amicae. *Cod. Reg.* amice. *ed. Venet. Lipſ.* amico. *Cod. Voſſ. Ranz.* 693) exiſtat. *Ranz.* durus. *Cod. Reg.* duratis. *Cod. Paderb.* 695) Obſcaeno — loco. *Cod. Vratisl.* ſalua vuln. *Cod. Vratisl.* ſeua vulnera. *ed. vet.* carpant. *Riu.* 696) hortenſum m. *Ranz.* horrentes — rubores. *Lipſ.* 697) et ſi iam. *Venet. Lipſ. Caeſ. Pict.* aut ſi. *Cod. Leid. ed. vet. Ald.* ſucceſſit. *Ranz.* 698) ſanabitur vlcus. *Cod. Vrat. Leid. Hummelb. ed. vet.* 699) tum ric. *Ald.* quem ric. *Cod. Vrat.* cum ric. *Wolph.* vel ric. *Leid. ed. vet. Hummelb.* ſanguineque. *Cod. Reg.* guſtauerit. *Cod. Voſſ. Paderb.*

693. *glandibus.* i. e. ſcrophulis. *Pict.* De morbo agit, quem bubones noſtri vocant. *A.*

695. *Obſcaenos.* Ruborum mora ad genitalium morbos accommodatiſſima, ob ſiccandi adſtringendique vim, putat *Plin.* XXIV, 13.

699. *ricini.* Vermis eſt genus alati ab *Ariſtotele* κυνοβραιτης dicti. Sed hoc loco animal noſter intellexit, quod ſemper infixo capite cuti ſanguine viuit. — *Pictor.*

701. *foliis de mille.* millefolium.

CAPVT.

CAPVT XXXVII.

Iſchiae et articulari morbo.

Saepius occultus victa coxendice morbus
Perfurit, et greſſus diro languore moratur.
Populus alba dabit medicos de cortice potus:
Nec non et tenerae gracili de fronde geniſtae
Adreptos caules acidoque liquore madentes
Sumere conueniet, rubiam quoque ducere potu:
Aut in aminaeo cochleas haurire Lyaeo.
Si vero articulos tabes inimica per omnes
Haeſerit, ex ficu betas ac melle ligabis:
Vel pelagi latices, ſimul et Baccheia dona

Sumere

Cap. XXXVII. Scies et a. m. *Ald.* Schiae. *Cod. Keuch.* Scie. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet. Ven. Lipſ.* iſchiadi et a. m. *Riu.* 702) vincta. *Cod. Paderb.* cum ſentice m. *Cod. Vratisl.* coſendice. *Cod. Reg. Lipſ.* 703) langore. *Cod. Vratisl.* 704) alta dabit. *Pith.* cum cortice. *Cod. Vratisl. Leid. ed. vet.* 705) facili de. *Ranz.* cum fr. *Cod. Vratisl. Leid. ed. vet.* 706) abruptos. *Wolph.* 707) rubumque. *Cod. Vratisl.* rubum. *Cod. Leid. ed. Venet.* rubiae q. d. potum. *Rhodii coniect.* rubiam — potum. *Pictor.* rubia — potum. *Wolph.* potum. *Ald.* 708) aut ex Bithyno. *Hummelb. Tornaeſ. Riu.* Bithynio. *Voſſ. Cod. Paderb. Ranz.* Bithymio. *Cod. Leid. Lipſ. ed. vet.* irino. *Ald. Gryph. in marg.* 710) fico. *Leid. ed. vet.* cum melle. *Cod. Voſſ. Ranz. Riu.* iugabis. *Wolph. Riu.*

704. *Populus alba.* Ex *Dioſc.* I, 109. et *Plin.* XXIV, 8. haec deſumta ſunt.

705. *geniſtae.* *Dioſc.* IV, 158. *Plin.* XXIV, 9. Rubiam tinctoriam iſchiadicis *Dioſc.* III, 160. et *Plin.* XXIV, 11. cum aqua mulſa potam commendant. *K.*

706. *adreptos.* Placet pro *dereptos.* v. c. 42. ideoque tutius nihil mutare. *B.*

708. *aminaeo.* haec vera lectio eſt, quam probat *Plinius*, XXX, 8, ex quo haec.

713. *En-*

Sumere curabis: nimio ſed parcito vino.
Ennius ipſe pater, dum pocula ſiccat iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruiſſe dolores.

713. *Ennius* — Hunc verſum alibi quoque ſcriptum ſuſpicor. Tametſi parciſſimo ſumtu *Ennium* vixiſſe conſtet, articulari tamen morbo hunc periiſſe *Cicero* ſcribit. *Pictor.* Vtrumque prioris verſus membrum mutuavit ab *Horatio: Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma proſiluit dicenda. Iniqua ſiccare pocula* apud eundem *Horat.* II. Sat. VI, 68. vid. *Burm.* ad *Valer. Flacc.* III, 65. *A.*

CAPVT

CAPVT XXXVIII.

Furunculo medendo.

Quum ſanguis nimius puri commixtus atroci
Aeſtuat, et papulas alte ſuſtollit acutas,
Reſinam miſces et ſaxis ordea fracta:
Conſperſa haec tepidis apponere conuenit vndis.
Vis et hyoſcyamum cerae ſeuoque iugatum
Nectere? non minus haec poterit medicina iuuare.
Praetereaque fimum ex gallo quod legeris albo,
Imbribus ex acidis fidens adpone dolenti.
Auribus aut pecudum molles expromito ſordes,
Vnguine quo fotis dabitur medicina papillis.

Cap. XXXVIII. aduerſus papulas et furunculos. *Cod. Paderb.* 715) Sanguis iniquus vrit puro c. a. *Cod. Vrat. Reg.* qui pro *ſanguis anguis.* quum ſanguis nimium fuerit combuſtus et ater. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* puro comm. *Cod. Lipſ. ed. Ven. Lipſ.* permixtus. *Paderb.* 717) freſa. *Heinſ.* 719) hyoſcyami cinerem ſeuumque. *Wolph. Riu. Gryph.* hyoſcyami ſemen ſeuoque iugatum. *Cod. Leid. ed. vet. marg. Gryph.* hyoſcyami cerae ſeuoque iugatum. *Ald.* hyoſcyami ſemen ſeuumque. *Hummelb.* hyoſcyamum cerae ſeuo iugatum. *Cod. Reg.* hyoſcyamum, cinerem, ſeuumque iugatum. *Ranz.* 720) minus hoc. *Wolph. Venet. Lipſ.* 721) praeter dicta fimum gallique legeris album. *Cod. Leid. ed. vet.* praeterea. *Cod. Vrat.* galli quem l. album. *Cod. Paderb. Ald. Riu. Ranz.* quod—album. *Cod. Vrat.* 722) tundens app. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet. Humm. Riu.* dolentis. *Riu.* 723) expellito ſ. *Cod. Leid. ed. vet.* exprimito. *Cod. Lipſ.* ſedes. *Pictor.* 724) fortis dab. *Cod. Voſſ.* papullis. *Conſtant.*

715. *Quum* — Non plane diſplicet lectio Leidenſis Cod. edit. vet. et *Hummelbergii*; niger enim furunculorum color facile efficit, vt ſanguis purulentus in iis contentus combuſtus et ater dici poſſit. Si autem vulgata lectio magis placet, ſanguis nimius, puri commixtus et aeſtuans de eo intelligendus eſt, qui in furunculo continetur. *A.*

716. *papulas.* improprie de tumore furunculi acuminato. *A.*

723. *Auribus.* Alii legunt velleribus pecudum. (intelliguntur de aeſipo) *Conſt.* Sordes aurium in medicinis adhibitae ſunt, ad humanum morſum, morbum regium, caet. Ad furunculum autem a *Plinio* commendantur, teſte *Hummelbergio*.

CAPVT XXXIX.

Carboni medendo.

Horrendus magis eſt, perimit qui corpora, carbo.
Vrit hic incluſus, vitalia rumpit apertus:
Hunc veteres quondam variis pepulere medelis.
Tertia namque Titi ſimul et centeſima Liui
Charta docet, ferro talem candente dolorem
Exſectum, aut poto raporum ſemine pulſum:
Infecti dicens vix ſeptem poſſe diebus

Vitam

Cap. XXXIX. c. tollendo. *Cod. Keuch. Leid. Reg. Wolph. ed. vet. Hummelb.* 725) per. quia. *Cod. Paderb.* 726) Puris hic incluſo v. r. aceruo. *Scalig. coniect.* rumpit acerbus. *vulgata lect. edit. fere omn.* acerbis. *Cod. Leid.* acer vis. *ed. vet.* 727) huic — cauere medelis. *Cod. Leid. Reg. ed. vet.* cauere. *Cod. Vratisl. Ranz.* 729) docet et. *Cod. Vratisl.* 730) exactum. *Cod. Reg. ed. Venet. Lipſ. Ranz. Pictor. Riu. Burm.* aut potu. *Cod. Vratisl. Leid. ed. vet.* poto raptorem. *Lipſ.* raparum. *Ald.* pulſus. *Cod. Vratisl. Reg.* 731) ni faceret. *Riu.* ni fieret. *Wolph.* inficeret. *Cod. Vratisl. Reg. ed. Venet. Lipſ.* hinc iterum dicit v. ſ. p. d. *Cod. Voſſ.* ni fieret dicens. *marg. Cod. Voſſ.* Inficiens. *Cod. Lipſ.*

725. *carbo.* vid. Paul. Aegin. IV, 25.

726. *apertus. acerbus* paene omnes legunt, nos *apertus* reſtituimus, ex Gesneriano codice, *Ranzouio* et *Riuino.* Aperti enim carbonis vlcera, *Paulo* l. c. teſte, cruſtoſa, admodum profunda, exedentia, carnesque iis adiacentes nigrae, bituminis inſtar ſunt. *A.*

730. *Exſectum. exactum* aliis magis placet et a *Scaligero* probatur. Ratio autem, quam Burmannus adfert, tales tumores non ferro candente exſecari, ſed exigi, tolli, pelli, nulla eſt, quum et veteres inſtrumenta ſcindentia habuerint, quibus adfectae partes exſecarentur ſimulque vrerentur. *A.*

731. *infecti.* morbo affecti. *Infectus* de veneno aut quouis morbo graui veteribus, noſtris vero de morbis tantum contagioſis et venenis dicitur. *A.*

733. *cum*

Vitam produci: tanta eſt violentia morbi.
Dulcacidum laticem cum lini ſemine iunge,
Atque fimum pariter Paphiae compone columbae:
Hinc line duratas partes et clauſa venena.
Praeterea triti referant et operta lupini.
Nonnullus calcem viuam diſſoluit aceto,
Fumantemque illam papulis adponit acerbis.
Eſt qui gallinae perducat ſtercore corpus.

Allia

732) perduci. *Cod. Leid.* 733) vnde acidum. *Ranz.* laticemque. *Riu.* cumini ſemine. *Ald. Gryph.* cumini ſ. iungens. *Cod. Reg. ed. Venet.* coriandri ſ. *Ranz. Lipſ.* iunges. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb. Gryph. Ald. Conſt. Ranz.* vnde acidum l. coriandri ſ. iunges. *Cod. Lipſ.* 734) fimum Paphiae pariter. *Cod. Vratisl. Riu.* de more columb. *Heinſ. coniect.* 735) linito diruptas. *ed. Venet.* diruptas. *Cod. Keuch. alii.* dirutas. *Cod. Vrat.* 736) tritis — lupinis. *Scalig.* ad operta. *Cod. Leid. Lipſ. Reg. Ald. ed. vet. Hummelb.* 737) deſoluit. *Lipſ.* niuem. *vulg. edit. plurimar. lectio.* imponit. *Cod. Vrat.*

733. *cum lini.* Ex librariorum forte errore *cumini.* Cuminum tamen et ad carbones cum vuis paſſis a *Plinio* commendatur. *A.*

735. *duratas.* ex *Wolphii* et Regio cod. et Aldo. Plurimi *diruptas* habent. *duratas* autem melius conuenit clauſis venenis, quae, ſi diruptae ſint partes, clauſa dici nequeunt. *B.* Venenum tamen profunde parti inhaeret, carbonis ſuperficie iam eroſa, ita vt in diruptis partibus et clauſa venena contineri queant. Magis tamen placet *duratas*, ob tumoris habitum. *A.*

736. *lupini. Dioſc.* II, 132. *Plin.* XXII, cap. vlt.

737. 738. *Nonnullus — acerbis.* Hic locus interpretes torſit. *Heinſius* volebat:

> Nonnulla aut calcem viuam diſſoluit aceto,
> Fumantemque linens p. a. a.

Omnis difficultas inde nata eſt, quod in plerisque Cod. et edit. *fumantemque niuem* legatur, ſub qua calcem viuam aqua adiecta flagrantem et fumantem poetam intellexiſſe *Keuchenius* putat, ſed vllum veterum calcem aqua extinctam nivem dixiſſe non memini. Quam ob cauſſam ex Leidenſi et *Wolphii* codice, veteri editione, *Hummelbergio* et *Riuino, illam* poſui. *A.*

Allia vel piperi parce commixta linuntur.
Pythagorae cognata leui condita cumino
Proderit, et madido fermentum polline turgens.

740) parco. *Wolph.* iuſte ſociata. *Paderb.* 742) madido. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb. Riu. Burm.* madula. *Lipſ.*

741. *Pythagorae cognata.* Ex *Horatio* haec habet II, Serm. VI, 63. et fabam intelligit, *Conſtantino* iam monente. De fabis Pythagorae et Pythagoreis omnibus ſacris conf. *Ill. Meiners, Geſchichte der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom.* B. I. et *Morgagn.* Ep. I. p. 274. qui hunc locum ſtudioſe illuſtrauit. *A.*

CAPVT

CAPVT XL.

Pano, vomicae et ſtrumae depellendis.

Sunt alii, quos dura mouet natura, tumores,
Non minus horrendi, ſed non ita pernicioſi,
Vomica qualis erit, vel eidem proxima quaedam.
Simplice reſina miſcebimus hordea tuſa,
Et mulſos amnes et purgamenta columbae.
His bene decoctis languentia membra fouentur.
Mollis odorato faba iungatur coriandro,

Proderit

Cap. XL. pano. *Hummelb. Pictor. Riu.* Vomicae et ſtrumae medendis. *Ranz.* 743) ſunt ideo. *Gryph.* dura vomit. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet. Hummelb.* mouit n. tumoris. *Cod. Reg.* tumorum. *Cod. Keuch.* 744) pernicioſus. *Cod. Leid.* 745) erit. *Riu. Tornaeſ.* 746) ſupplici reſinae. *Cod. Reg.* miſcebis. *Wolph.* miſcentur. *ed. Venet. Lipſ. Ald.* tunſa. *Ald. Ranz. Cod. Reg. Leid.* 747) mulſo lamies. *Cod. Vrat.* 749) o. faba perlita cum coriandro. *Cod. Leid. Wolph. ed. vet. Hummelb.* iungitur et coriandro. *Cod. Paderb.* coriandro faba iungatur. *Cod. Vrat.*

Cap. XL. Pano. Tumor eſt inguinis, aliquando ſub alis naſcens, aut in vertice. Graecis φυγεθλον. *Pict.* vid. *Paul. Aegin.* IV, 22. *Foeſ.* in oecon. Hippocr. ſ. v. φυγεθλον et *Gorraei* def. medic. — *B. Pano* a librariis additum videtur, quum huius tumoris in hoc capite nulla mentio fiat. *A.*

Vomicae, ſtrumae. Vomica medico ſenſu ſumta puris in internis viſceribus collectionem, peculiari tunica incluſum ſignificat, hic puris in externis partibus, *languentibus membris*, vt v. 748. noſter dicit, collectionem, inuolucris ſuis recluſam. Strumas Graeci χοιραδας, noſtri ſcrofulas dicunt. *A.*

745. *Vomica — quaedam.* an legendum *vel eidem proxima ſtruma?* nam illud *quaedam* languidum eſt, niſi in plurali ſumere quis velit, vt *Hummelbergius* videtur cepiſſe. *B.*

747. *purgamenta.* fimum columbae. *Pictor.*

750.

Proderit adpoſitu, mollitque aperitque tumorem.
Aut de phaſganio radix decocta paluſtri,
Quae ſalis admixto tundetur condimento.
Proderit et manſum, quod traxeris arbore, viſcum.
Gramen hyoſcyami cerae ſeuoque vetuſto
Concilia, mixtisque locos perduce dolentes.
Exercere etiam corpus medicina potens eſt.
Ouum defundes in fictile, deinde putamen
Marrubii ſuco implebis: poſt melle liquenti
Omnia conſociata tepenti proſpera potu
Sumuntur, referantque malum, purgantque, levantque.

750) prodeſt. *Cod. Paderb.* appoſitum. *Conſt.* appoſitus haec. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* 751) ſarganio. *Ranz.* chaſcano. *Cod. Keuch.* faſganio. *Cod. Leid. ed. vet. Venet. Lipſ.* decocta ſalaſca ſ. faliſca. *Cod. Voſſ.* cypero. *Riu. in marg.* 752) quae ſale admixto pariter condita teratur. *Ranz.* tondetur. *Ald. Lipſ.* Siue ſalis mixto tundetur cum coriandro. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* 753) quod traxerit. *ed. Venet. Lipſ. Ranz.* quem tr. *Paderb.* 755) mixtumque loco p. dolenti. *Cod. Leid. Paderb. ed. Venet. Hummelb.* conciliis mixtisque locos p. dolentes. *Lipſ.* 757) diffundis. *Cod. Vrat. Leid. Wolph. Hummelb. Ranz.* fundis. *Cod. Reg. ed. Venet. Ald. Lipſ.* 758) ſuco repleas. *Cod. Leid. Wolph. ed. vet. Hummelb.* pus melle. *Hummelb.* 760) ſumantur. *Wolph. Riu.*

750. *Proderit.* mollis faba, freſſa, *ερεγμος*. Aperte *Dioſc. περι κορικ.* III, 71. *μετ ερεγμκ χοιραδας και φυματα διαλυει. K.*

751. *phaſganio.* Gladiolus eſt, *ξιφιον, φασγανον*. Variae lectiones maxime a variis graecis gladioli nominibus pendent. *A.*

752. *Quae ſalis.* Durus hic verſus paululum eſt et metro aduerſus. Forte *Ranzouii* lectio praeferenda eſt, nec metro, nec poetae genio contraria. *A.*

CAPVT

CAPVT XLI.

Igni ſacro demouendo.

Eſt etiam morbi ſpecies, quae dicitur ignis,
Languida quo multo torrentur membra calore.
Vel tu vicino ſeuum bouis igne remittis,
Mollitumque lines: vel oloris faecibus oua,
Sed non coꝟa, dabis, ſic torrida membra fouebis.
Lumbricus terrae mixto inducetur aceto,
Aut parili noua ruta modo, ſed iungis oliuum;
Ouaque cum betis proſunt ſuper illita tritis.
Allia dant cinerem ſociato oleoque garoque,
Vnguine

Cap. XLI. medendo. *Cod. Paderb. Wolph. ed. Venet. Ald. Caeſar. Pictor.* tollendo. *marg. Pith.* 761) qui dicitur. *Hummelb.* 763) vicinum — remittes. *Cod. Reg.* remitte. *Riu. Caeſar.* 764) vel odoris. *Wolph. Ven.* cinis, vel odoris. *Cod. Reg.* vel odoris foetibus. *Paderb.* dederis vel fotibus oua. *Ald.* fetibus. *Cod. Lipſ.* 765) dabis ſc. *Ranz.* fouebit. *Cod. Reg.* 766) lumbricos. *Cod. Reg.* lumbricos t. mixtos inducis a. *Cod. Paderb.* 767) oliuo. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet.* 768) ſuperillita. *Cod. Leid. Reg. Voſſ. Paderb. ed. vet. Hummelb. Ald. Riu. Ranz.* ſuper addita. *alii.* 769) cinerem hunc. *Gryph.* cinerum hunc ſoc. *Conſt. m.* ſociatum. *Ald.* ſociandum. *Cod. Keuch. Ranz.* ſociando. *Cod. Reg. Paderb.*

Cap. XLI. Igni ſacro. ἐρυσίπελας Graecis dicitur, non ἕρπης aut S. Antonii ignis, qui morbi ad alia plane genera referendi ſunt. *A.*

763. *vicino.* admoto igne.

764. *oloris faecibus.* alii ſtercus, adipem alii intelligunt. faeces tamen pro adipe ſumi poſſe vix puto. *Plin.* III, 34. pro olore anſerum habet. *Anſeris adipe perungitur vtiliter hoc vitium. B.*

767. *ruta.* cf. *Dioſc.* III, 53. *Plin.* XX, 13. *Scribon.* cap. 98.

768. *ſuper.* Sic hanc lectionem ex *Plinio* potiſſimum Valeriano reſtituimus, qui III, 34. oua cocta, trita imponi vult et foliis betae operiri. — *B.*

769. *cinerem. Cinis ex oleo et garo illitus ſanat ſacrum ignem. Plin.*

773. *Fa-*

Vnguine quo gliſcens deponet flamma furorem.
Saepe chelidoniae pars candida iungitur oui,
Quae modico potu, ſed vili, trita capeſſes.
Admiſcere memor lymphas amnemque Falerni.

770) quod — deponit. *Cod. Paderb.* 771) calx candida. *Cod. Leid. ed. vet.* fungitur. *Cod. Lipſ.* 772) quem. *Caeſar. Pictor.* medico. *Cod. Keuch.* ſed valde. *Ranz. Riu.* ſedule detrita capeſſes. *Cod. Leid. ed. vet. Ald. Hummelb.* 773) precor lymph. *Cod. Lipſ.* falernum. *Cod. Paderb.*

773. *Falerni.* Ita mulſos amnes dixit capit. praeced. Sed placet ſcriptura Paderb. Cod. *amnemque Falernum,* vt ita vina Falerna *Horatio* et aliis. *B.*

CAPVT

CAPVT XLII.

Podagrae depellendae.

Quaedam ſunt rabidae medicamina digna podagrae,
Cui ter tricenas ſpecies Epidaurius ipſe
Dixit ineſſe Deus: requiem tamen indere morbo
Fas erit, et triſtem ſaltim mulcere dolorem.
Ergo age et adreptum ſalicis frondemque librumque
Cum

774) quaenam. *Morgagn. coniect.* quaedam haud ſunt. *Conſt. m.* rapidae. *Cod. Vrat.* colidae. *Cod. Keuch.* medicamine. *Reg.* ſumma pod. *Leid. Ald. ed. vet. Hummelb.* 775) trigeminas. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* tetrigenas. *Cod. Reg.* cuique tetrigenas. *ed. Ven. Lipſ.* terrigenas. *Ranz.* cui tricenas. *Cod. Lipſ.* nec ther cui vndenas. *Conſt. marg.* 776) ineſſe duas. *Ranz.* regere t. i. morbo. *Cod. Vrat.* mordo. *Cod. Leid.* hinc dare. *Ald.* addere. *Cod. Voſſ.* 778) arreptam. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb. Ald. Riu.* arreptum frondemque librumque. *Cod. Reg.* filicis fr. *Lipſ. Ranz.*

774. *Quaedam.* Quia hic poeta contraria dicere videtur, adſerens, quaedam remedia eſſe podagrae, deinde ſolam requiem indere morbo fas eſſe, ſubiungens, alii legunt *quaedam haud ſunt*, vt in marg. Conſtant. At *Scaliger* quondam in ora Voſſ. Cod. correxerat *quaenam ſint. Morgagni* etiam Ep. I. p. 284. coniicit, *quaenam ſunt?* Vir Cl. legit per interrogationem, quae negantis vim habet, *quaenam ſunt r. m. d. podagrae?* id eſt nulla ſunt. (Defendit Cl. vir vlterius lectionem ſuam in epiſt. altera in *Seren.* pag. 329.) Sed quum *Serenus* de *rabida*, id eſt vehementi, podagra tantum agat, eamque medicamentis quibusdam mulceri poſſe dicat, et vulgatam lectionem retineri poſſe cenſeo. Poſſet et, vt omnis de hoc loco controuerſia componatur, legi *quaedam ſint r. m. d. podagrae*, etc. vt nempe, more antiquis vſitatiſſimo, ſubintelligatur *licet.* — *B.*

775. *ter tricenas.* Varias lectiones dedimus. Infinitas podagrae eſſe ſpecies dicit.

776. *indere morbo.* In codice *Vratislau.* ſequuntur hi verſus: *Potet et ſuau* - (hic lacuna) *dolentem caprae ſevum lotum rore currenti lymphae Et lilia poſſunt mixta cum ſolido ſeuum Fas erit. A.*

778. *adreptum. Plin.* XXIV, 9. *Dioſc.* I, 136. *K.*

780. 781.

Cum vino tere, ſic contractos perline neruos.
At quum prima mali ſeſe oſtentabit origo,
Feruida non timidis tolera cauteria plantis:
Seminecisue hirci reſerato pectore calces
Inſere: ſic dirae reprimes primordia peſtis.
Aut ſi corruptus perſederit altius humor,
Trita cupreſſus ibi Baccho iungetur acerbo,
Panibus et teneris: cohibebitque addita queſtus.
Parua ſabucus item hircino collita ſeuo:
Triticeaeque acido manantes amne farinae:
Aut nitido ranae decoctum viſcus oliuo,

Siue

779) tere ſi. *Ranz.* libantes pelline. *Cod. Keuch.* 780) aut quum. *Cod. Vrat. Ranz. Riu.* 781) timidus. *Venet. Lipſ.* 782) reſecato. *Cod. Keuch.* 783) reprimit. *Cod. Leid. Reg. ed. vet. Lipſ. Hummelb.* reſecas. *Cod, Keuch.* 784) at ſi. *Cod. Reg.* 785) irrita. *Cod. Vrat.* iungatur. *Leid. ed. vet. Hummelb. Riu.* turgetur. *Pictor.* aceruo. *Cod. Reg.* 786) cohibebit iuncta dolorem. *Ranz.* c. ſuperaddita q. *Riu.* cohibebit. *Cod. Vrat.* cohibebunt. *Wolph. Ald.* 787) ſi hircino eſt. *Riu.* ſi hircino eſt condita. *Cod. Vrat. Paderb. ed. vet. Hummelb.* item eſt h. collita. 788) madentes. *Cod. Paderb.* 789) nitidum. *Conſt.* decoctus. *Wolph.* viſcus aceruo. *Ald.* acerbo. *Cod. Vrat.*

780. 781. *At — plantis.* Non vrentia medicamenta, ſed ferrum candens plantas vrens intellige. *Pictorius* cauteria veſicatoria interpretatur, quae humores trahant. — *K.* Poſt *plantis* ſeqq. verſus *Cod. Vrat. Rhelenana periſter quem donia dicunt Aynox mixtim gloſſa oui, quae nitida fexque Acidumque ſalis mixtos omnes laeſae Vicumque de herba ſemper nec immemorandi Seminecisue hirci — A.*

782. *Calces.* pedes. *Caeſ. Pict.* Ita et *Hummelberg.* interpretatur, vt ſtatim aperto pectori, calente adhuc ſanguine, pedes podagrici inſerantur. conf. *Morgagn.* Ep. II. in *Ser.* pag. 333.

785. *acerbo.* aceto. M. Agrippa, quum hoc morbo admodum grauiter adfectus decumberet, vt amplius dolorem ferre non poſſet, portentoſo cuiusdam medici conſilio in acetum calidum crura demerſit et in totum liberatus eſt. *Pictor. Hummelberg.* vinum adſtringens interpretatur.

789. *nitido.* Sic legendum et *nitido* ad *oliuo* referendum. nitidum *Wolph.* male.

791. *hiru-*

Siue chelidoniae ſucus ſale mixtus aceto.
Sunt quibus adpoſita ſiccatur hirudine ſanguis.
Non audita mihi ſit fas, ſed lecta referre,
Hoc quidam raptus morbo per tempora meſſis,
Vicino plantas frumenti preſſit aceruo,
Euaſitque grauem, caſu medicante, dolorem.

790) ſuccus ſed. *Conſt. marg.* ſal m. aceto. *Scalig.* acetoque. *Cod. Reg.* 791) hirundine. *Cod. Reg. ed. Lipſ. Caſ. Pictor. Keuch.* 792) ſed fas ſit. *Cod. Paderb.* 793) rabidus morbo. *Cod. Reg. Paderb. Lipſ. Wolph. ed. Ven. Lipſ. Ald.* rapidus. *Cod. Keüch.* captus. *Leid. ed. vet. Hummelb.* 794) vicinum plantis f. p. aceruum. *Cod. Paderb.* merſit aceruo. *marg. Pith.*

791. *hirudine.* hirundine plures legunt perperam.

793. *Hoc quidam* — Ex *Plinio* XXII, 25. *Sextus Pompeius, praetorii viri pater, Hiſpaniae citerioris princeps, quum horreis ſuis ventilandis praeſideret, correptus dolore podagrae, merſit in triticum ſeſe ſuper genua: leuatusque ſiccatis pedibus mirabilem in modum, hoc poſtea remedio vſus eſt.*

794. *preſſit.* merſit, vel impreſſit.

CAPVT XLIII.

Vulneribus ferro aut verberibus factis.

Naturae vitiis medicas obiecimus artes:
Nunc et fortunae iaculis obſiſtere par eſt.
Si cui forte lapis teneros violauerit artus,
Necte adipes vetulos et tritam chamaeciſſon,
Nec pudeat luteae ſtercus perducere porcae.
Sin autem ſaeuo laceratum eſt verbere corpus,
Tum lixiua cinis ceras diſſoluit et oua,
Admixtoque oleo vibices comprimit atras.
Si vero infrenus manat de vulnere ſanguis,
Purpura torretur conchyli perlita fuco,

Huius

Cap. XLIII. aut vibicibus. *Scalig.* 797) pars eſt. *Cod. Vratisl.* 798) calibs. *Paderb.* 799) necte hederamque, adipes vitulis et tritam camaetiſſon. *Paderb.* adipes vituli ſimul. *Cod. Lipſ. Voſſ. Wolph. Ald.* ſimul et. *Riu.* chamaetiſſon. *ed. Venet. Lipſ.* chamaeriſcon. *Ranz.* camismetiſſon. *Reg.* 800) producere p. *Ald. Lipſ.* 801) eſt laccratum. *Ald.* eſt *deeſt Cod. Reg. Lipſ. Ranz.* 802) tunc. *Wolph.* lexiuicanis. *Ald.* lexiua c. *Venet. Lipſ.* tunc et lixiuio ceras diſſolvis. *Leid. ed. vet. Hummelb.* tunc cineres, ceras, lixiuia ſoluat et oua. *Ranz.* 803) admixtum haec. *Cod. Leid.* admixtum hoc. *ed. vet.* vibice et. *Cod. Vratisl.* comprimis. *Cod. Leid.* 804) ſiue. *Cod. Vratisl.* inferius. *Ranz.* 805) conchylis pellita. *Cod. Keuch.* conchylis. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* conchyno. *Ranz.* perdita. *Lipſ.* ſucco. *Cod. Reg. Voſſ. Ald. Conſt. marg.* cum vili perl. ſ. *Cod. Lipſ.*

798. *lapis. Cod. Paderb. chalybs.* quomodo et legiſſe videtur auctor lemmatis, in quo *vulneribus ferro factis.* Chalybs de ferro, gladio, obuium apud poetas. *B.* Forte inſcriptionis cauſſa *chalybs* ex lapis factum eſt: probe autem notandum eſt, inſcriptiones librariorum opus eſſe. *A.*

799. *chamaeciſſon.* terreſtrem hederam. *Plin.* XX, 10. et 15. Tamen *Dioſc.* IV, 121. et alii herbae hoc nomen dedit. *Pictor.*

802. *lixiua cinis.* lixiuium ex cinere percolato paratum. vid. *Rhod.* Lexic. Scribon. *B.*

805. *Purpura.* proprie piſcis eſt ex concharum genere

Huius et atra cinis currentem detinet vndam.
Verrucae quoque deſectae frenare cruorem
Dicitur ambuſtus Tyrio de vellere puluis.
Praeterea nimios reſerati vulneris amnes
Peniculi cinis adſtringit vel fimbria porri.
Siue fimus manni cum teſtis vritur oui,
Et reprimit fluidos miro medicamine curſus.

806) et vis cineris. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* 807) deſectae. *Lipſ.* 808) Tyrioque e. *Cod. Leid. ed. vet.* de vulnere. *Lipſ.* 809) reſerari. *Caeſar. Pictor. Lipſ.* 810) feniculi. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb. Ald.* ſtringit vel. *Cod. Lipſ.* 811) ſeu fimus. *Ranz.* minni. *Cod. Keuch.* manſi. *Reg. Ranz.* magni — oritur. *Cod. Vrat.* iui. *Ranz.* 812) flauidos. *Ald.*

re lanas nigrantis roſae colore inficiens. Accipitur tamen aliquando et pro colore ipſo et pro lana hoc colore tincta. *Hummelb.* De purpurea lana vulneribus ſanguinem profundentibus imponenda hic verſus intelligendus eſt. *A.*

806. de lanae purpureae cinere ſanguinem cohibente. Currentem vndam *Conſtantinus* perperam diabeten interpretatus eſt.

808. *Tyrio de vellere.* rubeum vellus, a loco dictum. *Pictor.*

809. *reſerati.* vulneris, ex quo, ſanguine iam ſedato, noua profuſio oritur. *Peniculus* penicillus eſt, quo vulnus ſtipatur, ne praepropere claudatur. *Keuch.* Forte tamen *feniculi* legendum; crebrae enim permutationes vocum peniculi et feniculi librariis ſunt, cuius exemplum vid. v. 881. *A.* In codice Paderborn. hic verſus margini adſcriptus. *B.* *Fimbria* radix porri eſt. *Pict.*

811. *manni.* equi. De mannis vid. *Sauar.* ad *Sidon.* IV, Epiſt. 12. et Scheffer de re vehic. II, 6.

CAPVT XLIV.

Vulneribus quibuscunque caſibus factis.

Tam varia humanae ſunt vulnera conditionis,
Vt nequeam proprias cunctis adſcribere curas.
Iisdem igitur monitis caſus armabimus omnes.
Sic tamen, vt nullus medicinam clauſerit error.
Ergo, modus quicunque obtingit vulneris atri,
Contritus cum melle dabit medicamina bulbus:
Herbaque, quae foliis nomen de mille recepit,
Adpoſitu prodeſt adipi permixta vetuſto.

Succida

Cap. XLIV. actis. *Wolph.* q. cauſſis factis. *Cod. Paderb.* 813) Cum magna humanae mala pondera conditionis, Cum multae innumeri ſpecies mihi vulneris aſſunt, Vt nequeam. *Wolph.* Cum magna humanae ſint pond. cond. Tam multae i. ſp. m. v. aſſunt. *Ald.* Tam multae. *Ven. Lipſ.* aſſint. *Ven. Lipſ.* tam multa humanae. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* Quam magna humanae mala pondera conditionis, tam multae innumerae ſpecies mihi vulneris adſint. *Cod. Paderb. Lipſ.* Cum mala humanae mala pondere conditionis nam multae. *Cod. Vrat.* Cum ſint humanae varia infortunia vitae, Vulneris et ſpecies, vix vlli dinumerandae. Vt nequeam — *Ranz.* iam varia — Vt nequeam. *Riu.* 814) propriis. *Cod. Vrat.* 815) ſanabimus. *Cod. Lipſ. Wolph. Gryph. in marg. Conſt.* animabimus. *Cod. Vrat. ed. Venet. Lipſ.* curabimus. *Scalig. coniect.* 816) eluſerit. *Cod. Leid. ed. vet. Ald. Hummelb. Riu. Pictor. Pith.* excluſerit. *Conſt. marg.* incluſerit. *Ranz.* luſerit. *Cod. Lipſ.* 817) cuicunque obtinget. *Cod. Keuch.* 819) quae *deeſt Cod. Vrat.* 820) appoſito. *ed. Lipſ.* appoſita. *Ranz.*

813. *Tam varia.* Videtur hic durities quaedam ſubeſſe, cui hi mederi voluerunt, qui verſum, cuius lectionis varietatem exhibuimus, inſeruerunt. Sed eadem fere difficultas remanet, niſi Ranzovianam lectionem in textum recipere velis, quam tamen a poeta profectam non puto. *A.*

815. *armabimus.* ex Cod. Leid. Paderb. ed. vet. Hummelb. in textum recepi, quod elegantius mihi aliis lectionibus videtur nec a librariis profectum. *B.*

816. *Sic tamen* — vt curato vulnere de tutiſſima cura conſtet.

818. *bulbus.* Ex *Plin.* XX, 9.

822. *Am-*

Succida cum tepido nectetur lana Lyaeo,
Ambuſtaeue cinis complebit vulneris ora.
Concludit vero vel frons vel ramus ab vlmo.
At ſucis hederae pulchreſcit foeda cicatrix.

821) connectit lana. *Cod. Vrat. Leid. Wolph. ed. vet. Hummelb.* 822) ambuſtusue. *Venet. Ald.* ambuſtaeue vt cinis. *Cod. Vrat.* ſambuciue. *Heinſ. coniect.* oras. *Cod. Paderb.* 823) conducit. *Heinſ. coniect.* vt frons vt. *Cod. Vrat.* 824) aut ſuccis. *Cod. Vrat. Leid. Paderb. ed. vet. Hummelb. Ranz. Riu.* Vt ſucc. *Cod. Keuch. Ald. Ven. Lipſ.*

822. *Ambuſtaeue.* vulnus ad cicatricem perducet carnibus regeneratis. Habet haec noſter ex *Dioſc.* II, 83. et *Plinio.* XXIX, 2.

823. *concludit.* obducit cicatricem.

824. *hederae. cicatricibus quoque decorem facit*, inquit *Plinius* de hedera. XXIV, 20.

CAPVT XLV.

Hominis ac ſimiae morſui.

Siue homo, ſeu ſimilis turpiſſima beſtia nobis,
Vulnera dente dedit, virus ſimul intulit atrum,
Betonicam ex duro prodeſt adſumere Baccho.
Nec non et raphani cortex decocta medetur,
Si trita admorſis fuerit circumlita membris.

Cap. XLV. ab homine vel ſimia morſis. *Wolph. Ald.* homini a ſimia morſo. *Ven. Lipſ.* homini a ſ. morſo curando. *Caeſar. Pictor.* h. ac ſ. morſibus. *Cod. Leid.* 826) vulnere. *Lipſ.* 827) puro. *Ald. Riu. Pictor. marg. Pith. Conſt. m.* exſumere. *Ven. Lipſ.* inſumere. *Caeſar. Pictor.*

825. *homo.* Hominis ieiuni morſus multum veneno-ſus eſt et difficilis curae. *Pictor.* Antiquitati inprimis celebratiſſimum ex humano morſu periculum fuit. cf. *Plin.* XXVIII, 4. *Auicenn.* VI. IV. tr. 4. c. 2. *A.* Ex *Ennii* verſu: *Simia quam ſimilis turpiſſima beſtia nobis.* conf. *Plin.* XI, 44.

827. *ex duro Baccho.* ex vino veteri, ſicut habet *Plinius.* cf. *Dioſc.* IV, 1. *K.* Vinum auſterum, ſubacidum intelligit.

828. *cortex decocta.* Feminino genere dici multis oſtendit *Heinſ.* ad *Ouid.* Met. IV, 375.

CAPVT

CAPVT XLVI.

Serpentum morſibus et venenis excludendis.

Cuſpide non quisquam, longae neque caede ſariſſae,
Fulmine non gladii, volucris nec felle ſagittae,
Quam cito vipereo potis eſt adfligier ictu.
Quare aptam dicamus opem, ſucosque medentes:
Quum nocuit ſerpens, fertur caput illius apte
Vulneribus

Cap. XLVI. S. m. et viperae virus excludendum. *Cod. Vrat.* S. m. et viperae virus excludendis. *ed. vet. Hummelb.* S. viperarumque morſibus et v. e. *Wolph.* S. m. et viperae virus medendis. *Cod. Leid.* S. morſus et viperae virus excludendi. *Venet. Lipſ.* viperae virus ac morſus. *Riu.* S. m. e. v. pellendis. *Ald.* 830) longe. *Cod. Leid. ed. vet. Ald. Pictor.* cariſſae. *Conſtant. Gryph. Tornaeſ. Caeſar. Keuch.* lariſſae. *Cod. Reg. Keuch. ed. Venet. Ald. Lipſ.* Cuſpide nec quisquam conchae nec caede ſariſſae. *Scalig. coniect.* longa — lariſſae. *Cod. Lipſ.* 831) culmine. *Ald.* 832) affigier. *Wolph. ed. Venet. Lipſ.* 833) doceamus. *Heinſ. coniect.* quare quam cito dic. *Ald.* 834) quem noc. *Cod. Keuch. Lipſ. Conſtant.* quae noc. *Cod. Leid. Reg. ed. vet.* qui. *Cod. Voſſ.* cui. *Ald. Ranz.*

830. *ſariſſae.* eſt haſtae Macedonicae genus. *Pict.* conf. *Liuius.* XXXVII, 42. Leo imperat. ταχτικων. 6. *K. Cuſpide* abſolute poſitum pro haſta, vt ita ſaepe poetae. *Ouid.* Faſt. III, 9. 71. vbi vide notas interpr. *Sariſſa* ſatis nota et ſaepe a viris doctis illuſtrata, *longa* recte a noſtro dicitur. *B.* Probat *ſariſſae* Morgagn. ep. I. p. 277.

831. *felle.* veneno, quo illitae ſagittae. vid. ad Ouid. I. ex Pont. II, 18. *B.*

832. *adfligier.* In ed. Venet. et Lipſ. hic verſus ſequenti praeponitur.

834. *Quum nocuit. Quem nocuit* antique et recte dictum eſſe cenſuerunt *Caeſarius, Wolphius, Keuchenius, Vlitius, Salmaſius.* Senſus autem huic loco non conſtat, ſi *quem nocuit* legatur; ſed *cui*, vel potius *quum* legendum putamus; nam quo tunc referas repetitum illud ſequens *illius?* an illius caput, quem nocuit ſerpens, contra mentem auctoris, vel quo referas *quem* ſauciat? Sane tunc debuiſſent legere *ſanat quae ſauciat ipſa.* Quare nos *quum* recepimus, licet et ex *cui* poſſet quis facere *qui*, et conſtruere illius

Vulneribus iungi: ſanat quem ſauciat ipſa;
Vt Lariſſaea curatus Telephus haſta.
Proderit et caulem cum vino haurire ſabuci,
Aut coctum raphani librum tritumque ligare,
Siue etiam excelſa folium de mole cupreſſi:
Manabit lactens caprifici ſucus ofellam,
Aut tithymallus atrox vulnus contrita perungit.
Carduus et nondum doctis fullonibus aptus,
Ex illo radix tepido potatur in amni.

Ceruino

835) iungit, ſanat quae et ſ. i. *Cod. Vrat.* quae ſauciat. *Ranz. Riu.* quae ſaucia. *Ald.* 836) vtque. *Keuch.* ſariſſaea. *Caeſar. Pictor.* curatur. *Cod. Vratisl. Ranz.* 837) caules. *Ranz.* 838) tritum librumque. *Ranz.* 840) *non habent hunc verſum Conſtant. Caeſar. Pictor. Gryph. Tornaeſ. Keuch.* lactans — opellam. *Cod. Lipſ.* manauit. *Cod. Vrat. Leid. Hummelb. Ven. Lipſ.* mandabit. *Riu.* amabit opellam. *Cod. Voſſ.* manauit opellam. *Cod. Paderb.* mandabit — opellam. *Ald.* virus caprifici ſuccus quoque lacteus aufert. *Ranz.* 841) vulnus quae trita. *Hummelb.* 842) eſt nondum. *Conſt. Keuch.* necdum. *Cod. Paderb.*

ſerpentis, qui nocuit, caput. *B.* Loco verſuum 834. 835. 836. in *Cod. Paderb.* 813. 814. 815. repetiti ſunt. *A.*

836. *Telephus.* Herculis filius ab Achille vulneratus eſt, qui dum ſanari non poterat, oraculo accepit, ſaltem ab haſta poſſe ſanari, qua laeſus fuerat. Facta igitur pace inter eum et Achillem, iterum ſariſſa hunc tetigit Achilles et ſanatus eſt. *Pictor.* Rubigine ſanatum Telephi vulnus *Plinius* XXV, 5. tradit. Nota caeterum haec fabula et ab *Ouidio* memorata eſt. *K.*

837. *caulem ſabuci. Dioſc.* IV, 175. *Plin.* XXIV, 8.

838. *raphani.* Ex *Dioſc.* II, 137. conf. et *Plin.* XX, 4.

840. *manabit ofellam.* Omiſere hunc verſum *Conſtantinus,* et *Keuchenius,* ſiue ſtudio, ſiue operarum vitio. *Ofella* hic ponitur pro conglobato et ſiccato lacte ſiue ſuco, qui ſumitur pro medicamento, vt recte *Hummelberg.* monuit. *B.* Manare eſt ſtillare. De gummate, ſiue ſuco ex ficu ſylveſtri emanante loquitur.

842. *nondum aptus.* nondum maturus. Carduus fullonum eſt, διψακος. vid. *Morgagn.* Epiſt. I. pag. 278.

843. *in amni.* ex aqua fluviatili. *Conſt.*

845. *mem-*

Ceruino ex foetu commixta coagula vino
Sumuntur, quae res membris agit atra venena.
Aut ferulae radix potatur in imbre Lyaei:
Betonicaeue leues, gallinae aut iura vetuſtae.
Si vero horrendum vulnus fera fecerit aſpis,
Vrinam credunt propriam conducere potu.
Varronis fuit iſta ſenis ſententia: nec non
(Plinius vt memorat) ſumti iuuat imber aceti.
Dicendum et quae ſit praecox medicina timenti;
Cautio namque poteſt diros praeuertere morſus.
Si iecur exſectum tardo de vulture portes,
Erucis aut ſi totos perduxeris artus,

Quas

846) potatur imbre. *Lipſ.* 847) betonicaeque. *Ranz.* aut crura. *Cod. Keuch.* vetuſta. *Cod. Reg.* 848) ſiue horrendum. *Cod. Vratisl.* fera iecerit. *Cod. Paderb. Lipſ. Ald. Conſtant. Ranz.* 849) potum. *Cod. Vratisl.* 851) *Ennius* vt m. *Ranz.* 852) praecors. *Cod. Reg. Paderb. ed. Ven. Lipſ. Ranz.* praecorx. *Cod. Lipſ. Ald.* tumenti. *Ranz.* 853) peruertere. *Leid. Ald. Lipſ.* morbos. *Cod. Keuch.* 854) ſiue cor exſect. *Ranz.* v. potes. *Cod. Paderb. Ald.* 855) E. vel ſi produxerit. *Ald.* aut ſi totos perunxeris. *Cod. Vrat.* pertinxeris. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.*

845. *membris agit.* Sine dubio pro exigit, expellit poſuit auctor, quum alii pro per corpus ſpargere ponunt. *Valer. Flacc.* VI, 609. *vimque recentem ſentit agi membris.* cf. et *Grat.* cyneget. 368. vid. mox cap. ſeq. *Burm.*

846. *ferulae.* De ferula cf. *Dioſc.* III, 91. *Plin.* XX, 23. *Columell.* XIII, 7.

847. *betonicae. Dioſc.* IV, 5. *Celſus* V, 27. *Plin.* XXX, 8. de gallinae iure cf. *Plin.* XXIX, 4.

848. *aſpis.* Tres aſpidum ſpecies *Galenus* numerat, χερσαιας, χελιδονιας et πτυαδας, quam vltimam hoc loco *Serenus* intellexit, quum *feram* aſpidem vocauerit non omnem, ſed eam proprie, quae inſpuendo perimit. Quod inprimis *Plinius* probat a Sereno adductus XXVIII, 6. *Impubium puerorum vrina contra ſaliuas aſpidum, quas ptyadas vocant, quoniam venenum in oculos hominum exſpuant.* —

851. *Plin.* XXIII, 1. *Celſ.* V, 27.

854. *de vulture. Plinius* XXIX, 4.

 858. ge-

Quas prius attritas vehementi ſpargis aceto.
Aut tu ceruina per noctem in pelle quieſces,
Aut genere ex ipſo dentem portabis amicum.
Toxica praeterea qua ſint pellenda medela,
Expediam. Sanguis poterit prodeſſe caninus,
Qui facili potu antidotos imitatur honeſtas.
Vis et mirificos cautus praediſcere odores,

Accenſis

856) vehementer ſpargis oleuo. *Cod. Keuch.* 857) quieſces. *Cod. Leid. Reg. ed. vet. Ven. Hummelb. Ald. Lipſ.* 858) geſtabis amicum. *Cod. Paderb.* 859) qua ſit. *Ranz.* quae ſint. *Cod. Paderb.* 860) pr. caprinus. *Cod. Keuch.* 861) quae — antidotus medicabitur aegro. *Ranz.* quod. *Caeſar. Pictor.* antidotus medicatur honeſta. *Cod. Vratisl. Leid. Reg. ed. vet.* antidotus medicatur honeſtos. *Ven. Lipſ.* imitatur honeſtos. *Ald.* imitabitur hauſtas. *Heinſ.* 862) odoros. *Leid.*

858. *genere ex ipſo.* cerui dentem intelligit *Keuchenius*, ob vehementem antipathiam, quam veteres inter ceruum et ſerpentem notarunt. Sed forte *genere ex ipſo* ita intelligendum eſt, vt ex ipſo aſpidum, quas ptyadas vocant, genere dentem commendet, aut collo adligandum, aut alio modo portandum. Haec ſaltim magis ex poetae mente eſſe videntur. *A.*

859. *Toxica.* De omnibus venenis generatim hoc verbum ſumitur, et a *Plinio* XVI, 10. venena, quibus ſagittae inficiuntur, *toxica* appellantur. Nomen adeo *toxicon* de veneno ortum eſt, quo barbari ſagittas inficere conſuerunt, teſte *Dioſc.* alexiph. c. 20. Sed et *toxica* venena dicta ſunt inſipida, homines-que, quibus data ſunt, cito necantia. Locus princeps eſt apud *Scribon. Larg.* cap. 62. quem et *Keuchenius* allegauit.

860. *caninus. Plin.* XXIX, 4.

861. *antidotos honeſtas.* hoc eſt bonas, vtiles. *Caeſ. Pict.* Ego *honeſtas* interpretor a medicis peritis confectas, auctoritatem habentes non ab agyrtis. — *B.* *honeſtas* opponitur vili illi medicamento, ſanguini canino, adeoque *honeſta antidotus* pretioſa, magnis ſumtibus comparata, forte et ex multis et efficaciſſimis ſimplicibus compoſita eſt. Haec *Plinii* locus ſupra cit. egregie illuſtrat: *ſanguine canino contra toxica nihil praeſtantius putatur* conf. verſ. noſtri 397. ex quo loco patet, *honeſtam* noſtri antidotum pretioſam eſſe. *A.*

864. *ſtyra-*

Accenſis quibus arcetur teterrima ſerpens?
Aut ſtyracem torres, aut diri vulturis alam,
Vel nepetam, aut frondem rigidae ſtirpemque myricae.

863) veterrima. *Cod. Vratisl. Lipſ.* 864) aut thyracen. *Cod. Paderb.* tiracem. *Lipſ.* vras aut. *Leid. ed. vet.* vres. *Hummelb.* duri vult. *Ald.* atri. *Leid. ed. vet. Hummelb.* alas. *Scalig. coniect.*

864. *ſtyracem. Plin.* XII, 17. *K.*

CAPVT

CAPVT XLVII.

Ictibus ſcorpii et morſibus muris caeci vel aranei.

Sunt minimae ſpecies, ſed dirae vulnere peſtes,
Quae magis in tenui latitantes corpore fallant:
Scorpius vt grauis eſt et araneus: haec mala ſemper
Captant ſecuros multa iam nocte ſopores,
Et documenta dedit nobis proſtratus Orion,
Magna quod exiguis perimantur ſaepe venenis.
At qui vulnus atrox incuſſit ſcorpius ardens,
Continuo

Cap. XLVII. morſibus muriſcae et aranei. *Cod. Paderb.* Ictibus ſcorpii et m. *Cod. Lipſ.* murium et araneorum. *Ranz. Riu.* et aranearum. *Leid. ed. vet.* 866) Subdirae vulnera peſtis. *Cod. Lipſ.* vulnera peſtis. *Ranz. Riu. Cod. Leid. Paderb. ed. vet. Lipſ. Hummelb.* vulnera peſtes. *Cod. Vratisl.* 867) latitantem. *Cod. Leid. ed. vet.* corpora fallant. *Heinſ. coniect.* fallunt. *Ranz. Riu. Conſtant. marg.* 868) et grauis. *Caeſar. Pictor.* aut gr. *Scalig.* hi duo ſemper C. ſ. ac ſomno nocte grauatos. *Ranz.* 869) captantur. *Cod. Vratisl.* muta iam nocte. *Cod. Paderb.* tam nocte. *Caeſar. Pictor.* ſopore. *Conſt. marg.* ſapores. *Lipſ.* 870) haec. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet. Hummelb.* 871) membra venen. *Ald. marg. Pith. Gryph.* 872) et qui vulnus. *Ranz.* et quum. *Riu. Tornaeſ. Caeſar. Pictor. Pith.* et quod. *Cod. Vrat. Paderb.* Quod ſi. *Cod. Voſſ. Lipſ.* ergo vt. *Heinſ. coniect.* ſcorpion. *Cod. Reg.*

868. 869. *haec mala — ſopores.* Durum quid ineſt huic verſui. Praeſtare videtur *Ranzouii* lectio. *A.*

870. *Orion.* proſtratus ſcorpionis ictu, teſte Luciano. *Conſt.* cf. *Hygin.* aſtron. poet. II. *Palaeph.* V. *K.*

871. *Magna perimantur membra* plurimi legunt, in iisque *Burmannus*, qui in hoc loco *magna membra* et *exigua venena* concinne opponi dicit. Sed *magna ſaepe*, vt reſtituimus, legendum eſt, quod ex fabula de *Orione* patet; is enim, quum Dianae et Latonae, ſe omnia, quae ex terra naſcuntur, interficere valere, gloriabundus dixiſſet, ſcorpione a terra progenito necatus eſt. *A.*

872. *At qui — Celſ.* V, 27. Scabri aliquid in hac periodo eſt,

Continuo capitur, tunc digna caede retuſus,
Vulneribusque aptus, fertur reuocare venenum.
Aut calidis pelagi lymphis loca laeſa fouentur:
Siue meri potu diſſoluitur improba peſtis.
Ad cunctos autem morſus ictusque minorum
Caſeus aptus erit ſimae de lacte capellae,
Cumque hoc abſumi debebit origanus herba:
Haec duo mirificis curabunt icta medelis.
Nec non foeniculo calidum adnectatur anethum,
Aut viuum ſulphur ſicca cum faece Lyaei.
Exiguo piperis cerebrum conſpergito galli;
Quo lita ſaneſcunt depulſo membra dolore.

Sin

873) retunſus. *Ald.* recluſus. *Paderb.* crede recluſus. *Reg. Ven. Lipſ.* credere cluſus. *Cod. Vrat.* caede reculus. *Voſſ.* 874) vulneri et appoſitus. *Ranz.* vulneribus actus. *Cod. Reg.* actus. *Cod. Vrat. ed. vet.* actis. *Cod. Leid.* 875) foeda fouentes. *Cod. Leid. ed. vet.* laeſa fouentes. *Hummelb.* 878) foetae de. *Hummelb. Riu.* pauidae. *Cod. Lipſ. Ald. Gryph. marg.* rabidae. *Cod. Reg. Paderb. Ranz.* rapidae. *Cod. Vratisl.* foetidae. *Leid. ed. vet.* 879) aſſumi. *Ald. Ranz. Riu.* 880) iſta m. *Cod. Lipſ. Ranz.* 881) peniculo — acetum. *Cod. Leid. Reg. Voſſ. Vratisl. Hummelb. ed. vet. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. Pith.* peniculo. *Ranz.* 882) ſicci. *Cod. Vrat. Hummelb. Tornaeſ. Ranz. Lipſ.* ſucci. *Heinſ. coniect.* ſiccatum. *Cod. Lipſ.* 883) aſpergito melle. *Cod. Leid. ed. vet.* melle. *Cod. Vrat. ed. Ven. Lipſ.* melli. *Cod. Reg. Paderb.* melis. *Hummelb.* cerebro galli. *Cod. Lipſ.* 884) ſaneſcent. *Cod. Reg.*

eſt, quae rotundior exiret, ſi legeretur:

At ſi, vulnus atrox qui incuſſit ſcorpius ardens,
Continuo capitur, etc. *B.*

875. *Aut calidis. Dioſc.* V, 19. *Plin.* XXXIII, 6.

878. *Caſeus. Plin.* XXVIII, 10. *caſeum caprinum cum origano impoſitum, vel ſeuum cum cera.*

881. *foeniculo.* peniculo plures, ex librariorum errore et frequenti literarum *f.* et *p.* mutatione. *A.*

883. *Exiguo.* Parthi gallinae cerebrum plagis iſtis adhibebant, vt habet *Plinius*, qui et cerebrum in vino potum commendat, XXIX, 4. vid. *Morg.* Ep. I. p. 272.

885. *muris*

Sin autem muris nocuit violentia caeci,
Quae ſola ſignauit voluendis orbita plauſtris,
Illine: mira datur vili de puluere cura.

885 *muris caeci.* Murem caecum videtur auctor id dicere animalculum, quod *Plinius* et alii *murem araneum* appellant; nam eadem medicina, quae hic ab auctore deſcribitur, a *Plinio* ad eius morſum proditur. XX, 1. *Caeſar.* Araneum intelligit, de quo *Plin.* VIII, 58.

886. *Quae ſola. Plin.* XXIX, 4. Conſtrue: illine *ſola* (id eſt terram, puluerem) quae orbita ſignauit plauſtris voluendis. *B.*

CAPVT

CAPVT XLVIII.

Subitaneo dolori, febri atque oſtocopo.

Nonnunquam exiſtit ſubiti noua cauſſa doloris,
Cuius origo latet, veris reprimenda medelis.
Namque chelidoniam mixto ſale nectere prodeſt,
Velleraque infuſo recalentia ſulphure ſanant.
Oſtocopon lento conducit melle perungi.
Sin autem calidae depaſcent corpora febres,
Tunc apii ſucus leni ſociatur oliuo.
Membra lines, ſotuque ferus mulcebitur ignis.
Nec ſpernendus adeps, dederit quem beſtia melis.

Seminecis

Cap. XLVIII. S. d. et oſtocopo medendis. *Victor.* ad ſubitaneos febris dolores. *Ranz.* 889) cauſſa. *Gryph. marg.* veneris reprim. *Cod. Reg.* 890) nectare. *Ranz.* 893) calide. *Cod. Leid. ed. vet. Ven. Lipſ. Caeſar.* 894) lenis ouatur. *Cod. Vratisl.* leni ſoluatur. *Hummelb.* lenis ſoluatur. *Cod. Leid. ed. vet.* leni ſociatus oliuo. *Cod. Paderb.* 895) m. line. *Cod. Leid. Reg. ed. vet. Hummelb.* fota forrus mulc. *Cod. Leid.* fotu ferus. *Lipſ.* 896) meles. *Riu.* melus. *Ald.* melos. *Cod. Vrat.* felis. *Scalig. coniect.*

889. *Cuius. Vera* illa remedia quidem explicari poſſunt, probata vſu, ſed ſcripſerit forte *feris*, quia initio latuit cauſſa morbi: Sed nec hoc ſatis placet: an *certis*, quae vox cum *verus* confunditur ſaepe, vt apud *Ouid.* Met. II, *669.* an *miris*, vt cap. praeced. *mirificis curabunt iſta medelis* et cap. 52. *miranda potentia;* et has voces permutarunt librarii apud *Naſonem* Met. XV, *620.* Sed valeat ſcriptorum et editorum auctoritas prae coniectura. *B.*

892. *Oſtocopon.* oſſium dolor. Oſſa tundens dolor in gloſſario medico exponitur. Dolorem acutum, admodum grauem ſignificat. *A.*

893. *calidae.* febres cum praeternaturali calore coniunctae.

895. *ignis.* πυρ, πυρετος Graecorum, febris Latinorum. vid. inprimis *Hippocratis* interpretes.

896. *melis.* de mele et quale animal fuerit vid. *Morgagnii* Epiſt. in *Seren.* I. pag. 247. Probabile eſt, melem id animal

Seminecis cerui lacrymam miſcere liquori
Conuenit, atque artus illinc mulcere calentes:
Sic lacerat morbum bilemque reuoluit in aluum.
Praeterea chymum ſtomacho deſiccat iniquum,
Quae magis atque magis promittunt corpora claudi.
Febribus at longis galli noua iura vetuſti
Subueniunt, etiam tremulis medicantia membris.

897) vitis lacr. *Conſtant. marg.* immiſcere. *Paderb. Cod.* liuori. *Ranz.* 898) illo hinc m. *Conſtant. marg.* mulc. dolentes. *marg. Pith.* 899) et lactitans m. *Cod. Vrat.* 900) iniquum. Quo magis, haudque m. permittunt c. cl. *Conſt.* Praeterea fumi, ſtomacho deſiccat iniquum, Et magis atque magis connectit corpora cladi. Febribus aut nouis — vetuſta. *Cod. Vrat.* 901) et magis atque m. *Cod. Leid. ed. vet.* 902) Febribus ante nouis. *Cod. Leid. ed. vet.* febribus et longis. *Gesn.* febribus aut. *ed. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor. Pith. Gryph.* galli des iura. *Ald.* 903) membra. *Cod. Leid. ed. vet.*

mal eſſe, quod nunc taxum vocant. *A.*

899. *Sic lacerat.* Hic turbant libri. In Regio Codice, edit. *Ranzou. Riuini, Caeſar.* et *Pictor.* tres verſus hi deerant, et in Cod. Paderb. edit. Venet. Ald. et Lipſ. quatuor et poſt *conuenit* ſequebatur *Febribus* — et ibi finis capitis. *B.* In Cod. Lipſ. deſunt v. 899. 900. 901. *A.*

900. *chymum.* *Chylum* alios legere, ſed perperam, quia chylus eſt in ſtomacho, chymus in vaſis aliis, docet *Borrich.* in lingua pharmacop. *Heinſius* tamen chylum praeferebat. *B.*

iniquum. In *Conſtant.* notis verſus hunc ordinem habent: *Febribus* — *Quo magis haudque magis permittunt c. c. Subueniunt* — in textu vero noſter ordo ſeruatus eſt. cf. *Plinius* XXIX, 4. *A.*

CAPVT

CAPVT XLIX.

Quartanae typo medicando.

Nec tu crede leuem dilato tempore febrem,
Quae ſpatium ſibi dat, magis vt ceſſando caleſcat,
Lethali quae graſſatur quartana calore,
Ni medicas adhibere manus curemus et herbas.
Allia non pudeat terno cum cimice trita
Et diluta mero mediis haurire diebus,
Aut facilem iecoris murini ducere fibram,
Quatuor vt duri iungantur ſcrupula Bacchi:
Mira eſt abſinthi cum ſimplici potio lympha.

Sume

Cap. XLIX. ad typum quartanae. *Ald.* quartanae typo remeando. *Cod. Vratiſl.* q. t. remediando. *Hummelb.* cura quartanae. *Pictor.* 904) delato temp. *Cod. Leid. ed. vet.* 906) lentata quae. *Ald.* lethali quoque gr. *Cod. Paderb.* craſſatur. *Cod. Vratiſl. Leid. ed. vet. Ald. Ven. Lipſ.* 907) ne et — diſcamus. *Cod. Reg.* ni et — diſcamus. *Cod. Paderb. Lipſ. Ald.* nos m. a. m. diſcamus. *Cod. Leid. ed. vet.* ni — diſcamus. *Ranz. Riu.* *deeſt poſt manus verbum diſcamus aut curemus in edit. Venet.* 909) ac dil. *Cod. Reg.* 911) vt duri. *Riu. Pictor.* puri. *Conſt. marg.* ſcripula. *Cod. Paderb.* 912) mira abſinthi. *Ald.*

Caput XLIX. *typo.* ordo eſt, modus et figura, quae febris obſeruat.

908. *allia.* a *Sereno* diſſentit in hoc conſilio *Dioſcorides,* qui cimices cauis fabarum incluſos et ante febrium ſignificationes ſeptenos deuorandos quartanae pellendae praeſcribit. v. L. II. c. 36. conf. *Plin.* XXIX, 4. *K.*

909. *mediis diebus.* diebus intermediis, a febre vacuis.

910. *Aut facilem.* Hic verſus, nec non ſequens deſideratur in *Cod. Leidenſi, Vratiſl.* edit. vet. *Hummelb.* et *Conſtantini. A.*

911. *Quatuor. Plin.* XXVIII, 16. *iecur felis decreſcente luna occiſae inueteratum ſale, ex vino bibendum ante acceſſiones quartanae dixere. K.* *Scripula* recte, vid. ad *Rhemn.* de ponderib. 9. *B.*

K 913. *ane-*

Sume tribus digitis adprenſum ſemen anethi,
Tantumdem marathri, mulſum nec deſit aceti,
In cuius cyatho praedicta ſalubriter hauris.
Maeoniae Iliados quartum ſuppone timenti,
Aut leporis trepidi diluta coagula trade.
Prodeſt et potus, ſed mulſus, Doridis humor.
Quidam etiam miranda ferunt, veniente calore
Iurantes ludum Veneris munusque petendum.

Sed

913) apprehenſum. *Ald.* appenſum. *Cod. Lipſ. Ranz.* compreſſum. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* aniſi. *Cod. Keuch.* 914) nec mulſum. *Cod. Vratisl.* aceto. *Cod. Leid. Reg. ed. vet. Ald.* acetum. *Hummelb. Conſtant.* 915) in cuius. *Cod. Lipſ. Keuchen. alii.* 916) M. heliados quartam. *Cod. Leid. ed. vet.* quartum m. i. *Cod. Reg.* principium iliados. *Cod. Paderb.* maconiliados. *Ranz.* Ilia quin etiam ſpartum. *Ald.* quartum iliados quartum ſ. t. *Cod. Vrat. Lipſ.* tumenti. *Lipſ. Ald.* 917) lep. timidi. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* tepidi. *ed. Lipſ. Venet. Caeſar. Pictor.* 918) et mulſus. *Cod. Vrat. Paderb. ed. Lipſ. Ranz.* vel mulſus. *Cod. Leid. Pictor.* vel multus. *ed. vet. Hummelb. Riu.* 919) quidam mirandum feriant. *Lipſ.*

913. *anethi.* Placet emendandum *aniſi*, vt contra veterum auctoritatem diſertim Cod. auitus legit. *Plinius* hanc lectionem confirmat XX, 17. extremo. *Treptolemus ad quartanas trinis digitis ſeminis aniſi vſus eſt. K.* Anethum tamen praeſcribit *Plin. Valer.* III, 5.

915. *In cuius. Vno ſed c. Burmannus* praefert, ſed male, notante Morg. Ep. II. p. 334. v. *Plin. Valer.* III, 6, de quartanae curat. *A.*

917. *trade.* propina, ad bibendum exhibe. *Hummelb.*

918. *Doridis humor.* aqua marina. Hic thalaſſomel intelligit. Aliis magis placet: *Prodeſt vel potus, vel mulſus D. h.* ſed haec aliis diiudicanda relinquo. *A.*

920. *Iurantes.* firme adſeverantes, rem pro probatiſſima venditantes. Ex *Plinio* haec deſumta ſunt XXVIII, 7. *Ceu Icethidas medicus, qui quartanas coitu finiri, incipientibus duntaxat menſtruis, ſpopondit.*

921. *par-*

Sed prius eſt oleo partus feruefcere ranae,
In triuiis, illoque artus perducere ſuco.

921) paruas f. ranas. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* ranae. *Reg.* ſoetus — ranae. *Voſſ.* parum — ranae. *Cod. Lipſ.* lanae. *Cod. Vrat.*
922) ex triuiis. *Conſtant. marg.* ſin triuiis. *Cod. Reg.* intritos, illoque. *Heinſ. coniect.*

921. *partus ranae.* Ranas paruas, vel recte gyrinos intelligit Conſtantin. de quibus ſupra c. 36. Forte de ranarum ſpermate haec intelligenda, aut de paruis ranis in triuiis oberrantibus. Quod probat locus *Plin.* XXII, 10. et *Plin. Valer.* III, 5.

CAPVT L.

Tertianae typo medicando.

Eſt etiam alternis febris rediuiua diebus,
Tempora diſcernens, quaſi iuſtae pondere librae.
Vt poſſis igitur talem prohibere furorem,
Inuolues cera pallentis grana cumini,
Puniceaeque indes pelli, colloque ligabis.
Puleii ramus lanae velatus amictu
Tempore ſuſpecto medicos praebebit odores.
Praeterea tritus cimex potatur in ouo,
Horridus attractu, ſed guſtu commodus apto.

Cap. L. ad typum tertianae. *Ald. Ranz.* t. t. remediando. *Cod. Vrat.* 923) alterius. *Lipſ.* alterni. *Caeſar.* alterna. *Pictor.* recidiua. *Heinſ. coniect.* 924) d. iuſtae per pondera l. *Cod. Paderb.* tempora librae. *Venet. Lipſ.* 926) inuolues ceram ſiue claudis. *Cod. Vratisl.* inuolues ceram ſine claudis. *Cod. Leid. ed. vet.* inuoluens cera ſine caldis. *Venet. Lipſ.* ſine caudis. *Cod. Reg. Paderb. Lipſ. Ranz.* tu volues cera ſine caudis. *Ald.* ſine caudis. *Ranz.* 928) romum. *Cod. Vratisl.* ramum. *Cod. Reg.* 930) pr. cimex aſſo. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* p. cimex tritus cum expotabitur. *Lipſ.* p. cimex potatur tritus in ouo. *Ald.* cimex ſorbendus in ouo. *Cod. Paderb.* 931) horridus ad tactus. *Cod. Vratisl.* attactu. *ed. vet. Ranz.* attactus. *Cod. Reg.* ad tractum. *Venet.* attractum. *Lipſ.* guſte — apte. *Ald.* apte. *Pictor.*

923. *rediuiua. recidiua Heinſius* malebat, ſed male, vt hanc vocem vbique obtrudere amabat. vid. ad *Sil. Ital.* I, 106. *B.*

927. *Puniceae pelli.* malicorio, quae teſta eſt mali punici. *Pictor.*

929. *Tempore ſuſpecto.* ante acceſſionem, aut eo tempore, vbi acceſſiones ſuetae incidunt, quo etiam *Xenocrates* apud *Plinium* XX, 14. pulegii ramum lana inuolutum in tertianis olfactandum dari, aut ſtragulis ſubiici, et ita collocari aegrum inter remedia tradidit. *K.* Pulegio inprimis virtutes miras tribuerunt veteres rerum in medicis ſuperſtitioſarum amantes, quare et *potens* dictum, quod epitheton ſupra illuſtrauimus. Eadem commendat *Plin. Valer.* III, 5.

CAPVT

CAPVT LI.

Quotidianae typo medicando.

At qui continuis non ceſſat adire diebus,
Sed tantum certas morbus diſcriminat horas,
Triticeum metuit granum, ſi credere dignum eſt,
Quod latitans fracto fuerit ſub pane repertum.
Nec non oſſa iuuant ſeptis inuenta domorum:
Conuenit haec tereti pendentia ſubdere collo.
Multaque praeterea verborum monſtra ſilebo:
Nam febrem vario depelli carmine poſſe
Vana ſuperſtitio credit tremulaeque parentes.

932) eſt qui. *Ranz.* 935) facto. *Ranz.* 936) inuenta deorum. *Cod. Keuch.* rogorum. *Burm. coniect.* 937) morborum ſubd. *Ranz.* 938) moſtra. *Cod. Keuch.* 939) magico d. *Cod. Keuch.* varios d. *Lipſ.* crimine poſſe. *Cod. Vratisl. Leid.*

936. *ſeptis inuenta d. Septa domorum* ſunt περιβολοι των οικων, ſiue templorum, nam τȣς οικȣς Graeci de templis dicebant, vt domos Latini. Cf. *Euſeb.* hiſtor. ecleſ. VIII, cap. vlt. Quapropter, ſi et deorum ſubintelligere velis, in *Sereno* nihil mutandum. *Conſeptum* templi *Apuleius* Mileſ. XI. *Arnob.* L. VI. *Pollux* I, 9. memorant. *K.* Domos hic ſimpliciter pro templis poni vix credo. *Deorum domus*, aut aliqua alia voce addita docui ipſe de Ioue Fulgerat. cap. 14. pag. 103. quia vero magae oſſa ex buſtis, rogis et ſepulcris colligere conſueuerant, forte hic rogorum ſcripſerit. v. *Ouid.* VI, 90. — *B.*

939. *vario.* de verborum et carminum potentia vid. *Plin.* XXIX, 2. *Caeſar.* Scribo, volentibus auitis membranis, *magico*, tali videlicet, quod arcano quodam effectu propoſito fini reſpondet. *K.* Magis placet *vario*; non enim omnia veterum carmina, aut ſingularia verba, quae ad morbos adhibebantur, *magica* fuere. *A.*

CAPVT LII.

Hemitritaeo depellendo.

Mortiferum magis eſt, quod Graecis ἡμιτριταιον
Vulgatur verbis: hoc noſtra dicere lingua
Non potuere vlli, puto, nec voluere parentes.
Inſcribis chartae, quod dicitur abracadabra,
Saepius:

941) genus eſt. *Cod. Paderb.* Graeci. *Cod. Vratisl.* 942) hunc noſtra. *Cod. Vratisl.* 944) Inſcribit. *Cod. Vratisl.* inſcribes. *Riu.* abracatabra. *Cod. Leid. ed. pr. Hummelb.* abra ca cabra. *Ald.*

941. ἡμιτριταιον. Definitiones et opiniones diuerſas de hemitritaeo excutiunt *Foeſ.* in oecon. Hipp. et *Gorraeus* in definit. med.

944. *Inſcribis chartae.* Exemplum ſic pono:

a b r a c a d a b r a
a b r a c a d a b r
a b r a c a d a b
a b r a c a d a
a b r a c a d
a b r a c a
a b r a c
a b r a
a b r
a b
a *Pictor.*

Ad hunc nimirum modum:

A B R A C A D A B R A
A B R A C A D A B R
A B R A C A D A B
A B R A C A D A
A B R A C A D
A B R A C A
A B R A C
A B R A
A B R
A B
A *Keuch.*

947. *ſiges.*

Saepius: et ſubter repetis, ſed detrahe ſummae,
Et magis atque magis deſint elementa figuris
Singula, quae ſemper rapies, et caetera figes,
Donec in anguſtum redigatur litera conum.
His lino nexis collum redimire memento.
Nonnulli memorant adipem prodeſſe leonis.
Coralium atque crocum corio connectito felis.
Coralium vero ſi collo nectere velles,
Ne dubites illi virides miſcere ſmaragdos.

Talia

945) et ſumptum — ſummam. *Cod. Lipſ.* repetes. *Riu.* ſummae. *Conſt.* 946) vt magis. *Conſt.* 947) ſemper capies. *Ranz.* caetera finges, pinges. *Burmanni coniect.* 951) curulium. *Cod. Keuch.* curalium. *Burm. alii.* connectite ſ. *Cod. Leid.* 952) coraliumue vero ſi croco. *Cod. Vrat.* corallum vero ſi cocto. *Cod. Leid. ed. Venet. Lipſ.* corallium vero ſi cocco n. velis. *Pith.* 953) illo veros. *Cod. Reg. Lipſ. ed. Ven. Lipſ. Ald.* illos veros. *Cod. Vratisl.* veras. *Ranz.* illis virides. *Cod. Leid. ed. vet. Venet. Ranz. Caeſar. Pictor. Riu.*

947. *figes.* vix intelligo, niſi in tabella vel charta velit imprimi. Forte *finges*, id eſt duces calamo, vel *pinges*, vt. v. 959. Senſum puto, ſingulas et vltimas literas eſſe rapiendas, ſed reliquas eſſe ſcribendas, donec in vnicam literam deſinat figura, quae conum faciet. *B.*

951. *Coralium.* Scribe curalium. *κουράλιον. Dioſc. κοράλλιον* habet. Verſu 950. caret edit. Lipſ. et Ald. hoc autem 951. verſu carent *Cod. Lipſ. Caeſarius, Pictorius, Hummelbergius* et *Ranzouius.* Verſu 952. vero *Riuinus* caret. Eſt certe ſuperflui aliquid et aequiuoci in his verſibus, vt verſum 952. paene a librariis inſertum putem. Si enim, excuſſo penitus hoc verſu, v. 953. *ne dubites illis*, nempe coralio atque croco in felis corio connexis, legere velis, commodus huius loci ſenſus eſt. *A.*

953. *Ne dubites. Voſſius* in margine adſcripſerat hunc verſum:

> Adſit bacca teres vineo pretioſa colore.

An ex codice, non monuit. (*Lipſ.* codex eundem verſum habet. *A.*) *Paderb. at ſi haga teres niueo pretioſa colore.* Voſſianus, ſi pro *vineo* legas *niueo*, non facile verſus repudiandus videtur. Per *baccam* margaritam intelligit. *B.*

 954. *Talia.*

Talia languenti conducent vincula collo,
Lethalesque abigent, miranda potentia, morbos.

954) languentis. *omnes praeter Gryph. Tornaeſ. Conſt. Keuch.* conducere. *Cod. Reg. Paderb. Lipſ.* 955) abiget. *Cod. Paderb. Leid. Keuch. ed. vet. Ald. Ranz. Pictor.* abiges. *Cod. Vratisl.*

954. *Talia.* Gemmas olim pro amuleto geſtabant, teſte *Orpheo περι λιθων.* Vid. *Ariſtotelem* de lapid. *K.* De amuletis, quae in his capitibus omnibus commendat noſter, et de abracadabra vid. *Iac. Wolfii* ſcrutin. amuletorum medicum. Lipſ. 1690. in 4to. vbi plura ex aliis auctoribus congeſta occurrunt *Serenum* illuſtrantia. *A.*

CAPVT LIII.

Aegris ſomno adſciſcendo.

Non ſolum miſeros deterrima febris adurit,
Sed ſuper optato pergit viduare ſopore,
Ne proſint placidi, coeleſtia munera, ſomni.
Charta igitur, variis quam pinxit littera verbis,
Vritur, inde cinis calido potatur in amni.
Proderit et magnum capiti ſubſternere fulcrum.
Prodeſt et mixtam lymphis potare cupreſſum:
Palladiis itidem ſucis, quos flore roſarum
Iungis,

Cap. LIII. ad ſomnum. *Ranz.* ae. ſ. a. praeſertim in febribus. *Riu.* 957) ſopores. *Ranz.* 958) proſit. *Ald. ed. Ven.* 959) v. litterae quae ſcripta figuris. *Ranz.* 960) potatus. *Cod. Paderb.* 961) proderit, vt magi, caprae ſubſternere ſella. *Conſt. marg.* pr. et morion capitis ſ. fulcro. *Conſt. marg.* pr. at magnum, caprae ſ. fella. *Cod. Keuch.* pr. et m. c. ſ. puleium. *Cod. Paderb.* capiti ſubſternere poleium. *Venet.* ſubſterni poleium. *Cod. Leid.* pulegium. *Lipſ.* prodeſt puleium c. ſ. ſaepe. *Ald.* pr. m. c. ſ. poleuit. *Cod. Vratisl.* 962) proderit et. *Ald.* lymphis miſtam. *Cod. Vratisl. Riu.* 963) item. *Cod. Vrat. Leid. Ranz.* idem. *Reg.* iterum. *ed. Ven. Lipſ.* palladios itidem ſuccos. *Cod. Vrat. Lipſ.*

Cap. LIII. In vulgatis edit. ordo capitum hic eſt: hemitritaeo depellendo. fracturis et luxis ſanandis. neruis inciſis. aegris ſomno adſciſcendo. lethargiae expellendae. comitiali morbo. Magis naturalis, *Morgagnio* iam notante, Ep. p. 110. hic, a nobis primum receptus ordo eſt, poetaeque genio, inprimis ob verſum 956. magis accommodatus. *A.*

957. *ſuper.* praeterea, inſuper.

961. *Proderit — fulcrum. Magnum illud* fulcrum non intelligo. Facile quidem eſſet magicum ſubſtituere, ſed quale id fuerit, prius eſſet oſtendendum. De puleio firmat opinionem *Plinius* XX, 14. et ex Aldina lectione poſſet fingi: *prodeſt puleium capitis ſubſternere fulcro;* nam ſaepe inter magica remedia legimus herbas et alia puluinari ſubdita. — *B.* An ad ſupinum tantum aegri decubitum reſpexit? Caret penitus hoc verſu *Ranzouius. A.*

Iungis, et immiſces madidum tritumque papauer,
Quo lita frons facilem praebebit nocte quietem.
Nec non mandragorae guſtu ſopor additur altus.
Dilue praeterea glomeramina, quae gerit intus
Clauſa aries inter geminae coxendicis vmbras,
Inde ſoporati ducentur gutture potus.

966) guſtu ſuperadditur aegro. *Ranz.* ſapor add. *Voſſ.* add. albi. *Keuch.* 967) glomeratam quam. *Ald.* glomerantia. *Ranz.* 968) Lanam aries inter. *Ald.* 969) ſoporandi dulcentur guttura potu. *Ranz.*

967. *glomeramina.* pilulas ex fimo, ſiue excrementorum. *Caeſar.* globulos ſtercoris, qui e villis dependent. *Conſt.* An renes, aut renes ſuccenturiatos intelligat, non liquido patet. *K.* Globulos de lana dependentes eſſe probat *Reineſ.* V. L. II, 8. pag. 196. *B.*

CAPVT

CAPVT LIV.

Lethargiae expellendae.

Diximus, hanc ſortem miſeris mortalibus eſſe,
Vt ſaepe inter ſe mala ſint contraria morbi.
Denique nonnunquam ſomno ſic membra grauantur,
Vt coniungatur letho ſopor altus acerbo.
Ergo leui flamma torrentur cornua caprae,
Quo nidore grauem depellent lumina ſomnum.
Aut veneris labrum quae dicitur herba bibetur,
Quae teritur prius et vino confuſa liqueſcit.
Conueniunt acidis euphorbia mixta fluentis,
Gramina vel rutae, gemina ſi nare trahantur.
Quidam dira iubent, ſepteno cimice trito
Vt vitientur aquae, cyathusque bibatur earum:
Haec potiora putant, quam dulci morte perire.

971) vt ſint ſaepe mala inter ſe. *Keuch. text. alii.* 973) coniungantur. *Ald.* 975) quo videre. *Ranz.* diſpellent. *Cod. Vratisl. Leid. Reg. Voſſ. ed. vet.* 976) bibatur. *Ald. Ranz. Riu.* 977) perfuſa liq. *Ranz.* 978) conuenient. *Cod. Leid.* 979) trahentur. *Cod. Reg.* trahuntur. *Venet. Lipſ. Ald. Caeſar. Pictor.* 980) quidam dura. *Ranz.* 981) eorum. *Caeſar. Pictor.* 982) morte periſſent. *Cod. Paderb.*

972. *grauantur.* opprimuntur.

973. *coniungatur letho ſopor.* *Petron.* cap. 89. *continuat in mortem vltimam ſomnus.* vbi vid. interpr. *B.*

974. *leui.* lenem ignem alii dicunt, de quo *K.* ad cap. I. vid. ad *Ouid.* II. Met. 811. qui et III. Met. 488. *leuem* dixit. — *B.*

975. *nidore.* Odorem foedum *Celſus* interpretatur. III, 20.

976. *veneris labrum.* *διψακος* eſt, fullonum carduus.

978. *Euphorbia.* cf. *Dioſc.* III, 88. *Plin.* XXV, 7.

CAPVT LV.

Fracturis et luxis ſanandis.

Infandum dictu cunctis procul abſit amicis,
Sed fortuna potens omen conuertat in hoſtes.
Vis indigna nouo ſi ſparſerit oſſa fragore,
Conueniet cerebrum blandi canis addere fractis,
Lintea deinde ſuperque inductas nectere lanas:
Saepius et ſucos conſpergere pinguis oliui:
Bis ſeptem credunt coaleſcere cuncta diebus.
Aut veteri Baccho caprae fimus inde petulcae,
Hoc aperit clauſum, trahit haerens, ſanat apertum.
Si vero caput infeſtus colliſerit ictus,

Ex

Cap. LV. f. vel l. ſ. *Cod. Leid.* f. et luxatis membris. *Caeſar. Pictor.* 983) dictum. *Lipſ.* 984) et fort. *Conſt.* potens omnes. *Ranz.* 987) inducta. *Cod. Vratisl.* inductu. *Cod. Leid. Reg. ed. vet. Lipſ. Ranz.* 988) conſpargere p. oliuae. *Cod. Leid. Reg.* conſpargere. *Lipſ.* 989) credunt valideſcere. *Ranz.* inualeſcere. *Cod. Vratisl. Reg.* reualeſcere. *Cod. Leid. ed. Venet. Lipſ.* 990) fimum inde. *Scalig. coniect.* 991) *deeſt in Cod. Vratisl.* ſanat apertum. opertum. *Cod. Lipſ.* 992) ſin vero. *Cod. Paderb. Pictor.*

984. *Sed fortuna.* Veteres rem infelicem deteſtaturi, quemadmodum amicis procul abeſſe vouebant, ita ſuis hoſtibus imprecabantur: *Hoſtibus meis id eueniat. K.*

985. *fragore. Lucretium* imitatur, qui hac voce etiam vtitur pro fractura. *de rer. nat.* I, 748.

988. *oliui. Seruius* ad *Virg.* Georg. II, 63. differentem vſum oliui et oliuae tradidit optime. *Oliua fructus ipſe eſt, vnde oliuum dicitur. Legimus tamen et oliuam de arbore. — B.*

990. *fimus.* fimus neutro genere quis dixerit neſcio, ſed *fimum* ponendo corruperunt et locum cap. 22. interpretes. *B. Fimus* veram lectionem eſſe adſerit *Morgagni* Epiſt. II. pag. 335.

991. *hoc.* Hunc verſum liber auitus non habet, videtur autem a ſequioris aetatis manu adſcriptus. *K.*

993. *veſtis*

Ex oleo necti veſtis debebit arachnes:
Neſciet haec illinc, niſi quum ſanarit, abire.
Quod ſi luxa ſuo decedant membra tenore,
Vrere foemineos crines, ac iungere ſeuum
Congruet, ac tali medicamine mota ligare.
Aut malum ex pingui tritum appoſuiſſe iuuabit.
Aut ſi concluſum ſeruauit tibia vulnus,
Stercus ouis placidae iunges adipesque vetuſtos,
Pandere quae poterunt vlcus, patuloque mederi.

994) neſciat. *Ranz. Riu.* illic. *Cod. Leid. ed. vet.* 995) quid ſi. *Cod. Leid. ed. vet.* fluxa ſuo. *Ranz.* decedent. *ed. Lipſ.* decedunt. *Cod. Paderb.* diſcedunt. *Ranz.* decedunt m. dolore. *Cod. Vrat.* 996) furere foem. *Cod. Lipſ.* adiungere ſ. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet.* ac vngere. *Pictor.* 997) congruit. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet. Venet.* 998) aut maluam — tritam. *Cod. Voſſ. Lipſ. Ald.* puniceum aut malum tritum a. i. *Heinſ.* aut mala — trita. *Cod. Paderb.* 999) aut ſicut cluſum. *Cod. Reg.* at ſi concl. *Riu.* confuſum ſeruarunt flagmina. *Cod. Keuch.* ſeruabit tibia. *Riu.* ſeruabit lilia. *Cod. Vrat.* 1000) iungis. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet.*

993. *veſtis arachnes.* tela aranei *Caeſar.* De voce *veſtis* vid. ad cap. 26.

999. *aut ſi.* Conſolidata cute, internoque vulnere non perfecte ſanato. Lectionem Cod. Keuch. Keuchenius *flemina* interpretatur, eaque dicit cum *Feſto*, *quum labore viae ſanguis defluit circa talos et tumorem facit. A.* *Flemina* ſiue *flegmina* illuſtrata ſunt a *Plauti* interpr. in Epidic. V. II, 5. *B.*

CAPVT

CAPVT LVI.

Neruis inciſis et dolentibus atque contractis.

Haud quisquam credet, diſſectos vulnere neruos
Ad ſolitum rurſus reuocari poſſe vigorem:
Sed prodeſt terrae lumbricos indere tritos,
Quîs vetus et rancens ſociari axungia debet.
Si vero occultus neruos dolor vrit inertes,
Vulturis exciſos adipes rutamque remitte,
Aut ceram, et tali recreabis languida fotu,
Conuenit et pelagi calidis perfundier vndis:
Carica vel betis lento cum melle iugatur:
Aut Baccho madefacta Ceres cum fronde cupreſſi,
Quo

Cap. LVI. vel dolentib. *Cod. Leid.* 1002) credat. *Ranz. Riu.* disiectos. *text. Keuchen. alior.* deſectos. *marg. Conſtant.* 1004) tetrae lumbr. *Ald.* 1005) rances. *ed. Venet. Lipſ.* ranis. *Caeſar. Pictor.* ranae. *Cod. Vrat. Gryph. Leid. ed. vet. Hummelb. Tornaeſ.* recens. *Cod. Lipſ.* 1006) occultos neruo dolor v. i. *Leid. ed. vet.* occultos neruos. *Cod. Reg.* 1007) remiſce. *Coniect. Burmann.* 1008) ac ceram. *Conſtant. marg.* 1010) gericalis betis. *ed. vet. Lipſ.* vt betis. *Cod. Vrat.* cum betis. *Cod. Leid.* cum betis lento vel. *Ald.* inungant. *Cod. Vrat.* 1011) cypreſſum. *Ranz.*

1002. *diſſectos. diſiectos* in omnibus, praeter Paderb. Cod. et edit. Hummelb. et Pith. Praeſtat omni modo diſſectos; loci enim vulnerati nerui non disiiciuntur, ſed a vulnus infligente inſtrumento, cum carnibus, diſſecantur. *A.*

1007. *remitte.* Cum *remittere* pro laxare et liquefacere noſter ſoleat vti, nec hoc rutae conueniat, videtur Conſtantinus ad ceram referre voluiſſe, *Ac ceram* legens. Sed quia hoc durum in hac verborum poſitione, ſcripſerit poeta *remiſce*, quod et inde vero ſimile fit, quia Arabes ſuffimen ex carne vulturis cum ruta iſchiadico morbo mederi docent. *B.*

1012. *fotu.*

Quo poteris fotu recreare rigentia membra.
Sin autem ſubito replicantur corpora morbo,
Contractos reuocat neruos caro ſumta columbae.

1012) potu. *Conſtant. Keuch. text. alii.* 1013) ſolito. *Cod. Lipſ.*

1012. *fotu.* *potu* retinuit Keuchenius, et *potu rigentia* membra interpretatus eſt, quum ex potu vitium et rigor neruorum oriatur. Sed *fotu*, *Morgagnio* Epiſt. I. pag. 293. notante, quod et *Cod. Paderb. Leid. Reg. Vratislau.* ed. vet. Hummelb. Ranzou. habent, praeſtat. *A.*

1013. *replicantur.* curuantur. Intelligit αγκυλας, id eſt articulorum contractiones, quod vitium *contractos articulos* dixit *Celſus.* V, 18. *Conſtantin.*

CAPVT

CAPVT LVII.

Comitiali morbo.

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo eſt,
Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſant.
Saepe etenim membris atro languore caducis
Concilium

1016) ſuffr. iuſſa. *Cod. Leid. ed. vet.* recuſet. *Hummelb. Conſtant. marg.* 1017) acri. *Lipſ. Riu. Caeſar. Pictor.* atro liuore, *in marg.* languore. *Cod. Vrat.*

Cap LVII. Comitiali morbo. Comitialis morbus dictus eſt, quod et auctor innuit, quod in comitiis ſaepenumero ii, quibus ſuffragia negabantur, ſubito in terram cadere conſueuerunt. *Caeſar. Pictor.*

1015. 1016. *Eſt* — *recuſant.* Ad veterum ritum alludit, quo, concidente epileptico, comitia interrumpebantur. *Vlpian.* XXVI, 8. ff. de auctorit. tutor. *neque praeſentia corporis ſufficit ad auctoritatem, vt ſi ſomno aut morbo comitiali occupatus tacuiſſet.* — *K.* Magis placet tamen *Caeſarii* et *Pictorii* opinio, nec *Vlpiani* locus *Keuchenii* adſertum ſatis illuſtrat, quo tantum hoc adſeritur, quod tutoris comitiali morbo correpti, morbi inſultu videlicet durante, auctoritas non valeat. *A.* Senſus obſcurior in verſu 1016. Forte *fieri* ſimpliciter dicitur pro conſulem, praetorem, etc. fieri; nam ita vſurpaſſe veteres docebunt notae ad *Vellei.* Paterc. II, 17. et *Quinctil.* V, 10. *Senec.* Ep. 118. *Catones repelli, Vatinios fieri. Quinctil. Decl.* 252. Si *iuſta* retinendum, intelligendae leges, quas iubet populus in comitiis, et conſtruendum hoc modo: *cum ſuffragia fieri nobis iuſſa*, id eſt leges, *recuſent.* quod idem eſt quod perferri prohibent. *B.*

1017. *Saepe etenim.* Pro *atro ſacro* legit *K.* probante et id *Burmanno.* Nobis nil mutandum videtur. Verſus a 1017. vſque ad 1020. *Rantzouio* deſunt, ita vt in hac Sereni edit. legatur: *recuſant. Prodeſt cum veteri.* Sed hoc forte operarum vitio factum. *A.*

1018. *con-*

Concilium populi labes horrenda diremit.
Ipſe Deus memorat dubiae per tempora lunae
Conceptum, talis quem ſaepe ruina profudit.
Prodeſt cum veteri Baccho fel vulturis ampli:
Sed cochlear plenum guſtu tibi ſufficit vno.
Aut cruor ex Progne mixtus cum polline thuris:
Aut apium elixum, aut conditum melle fel agni:
Marrubiumue pari confuſum pondere mellis,
Cui tu terna dabis guſtu cochlearia in vno.
Aptus muſtellae cinis eſt et hirundinis vna.
Praeterea pluuias, hominis quas calua ſupina
Excepit proiecta ſinu, conſumere prodeſt.

Aut

1018) concilium. *Heinſ. coniect.* conſilium. *Cod. Lipſ.* 1019) dubia per. *Cod. Reg.* 1020) talis quae. *Cod. Vrat. Leid. Reg. ed. vet. Hummelb.* profundit. *Cod. Reg. Paderb.* 1021) Baccho veteri. *Ranz.* vult. atri. *Cod. Lipſ. Ald. Ranz. Pith.* 1022) guſtatu ſufficit. *Cod. Vrat. Leid. Paderb. Reg. ed. vet. Hummelb. Ranz. Riu.* 1024) ſalagni. *Ranz.* 1025) pari contuſum. *Leid. Cod. ed. vet.* 1026) cui terna. *Cod. Vrat.* cuius terna. *Ranz. Riu.* illi terna. *Cod. Lipſ.* 1027) cinis et h. v. *Lipſ.* 1028) ſupinas. *Cod. Vrat. Reg. Lipſ. ed. Venet.* ſupinos. *Cod. Paderb.* ſupino. *Caeſ. Pict.* ſupernas exc. pr. ſiti. *Heinſ. coniect.*

1018. *concilium.* ex Heinſii coniectura, quam veram puto. Caeteri omnes *conſilium* habent. *B.*

1019. *Ipſe Deus* — *Aeſculapius. Pictor. dubiae lunae.* lunae ſilentis et intermenſtruae. Hinc et lunaticus morbus dictus. *Pictor. Conſt.*

1020. *talis quem.* totus verſus deeſt Venet. et Lipſ. edit. an ruinam dixit vt fulmen, quo attoniti iacere ſolebant vitae neſcii? vid. ad Phaedr. IV, 17. *Burm.*

1021. *ampli.* malim atri. *K. B.*

1023. *ex progne.* hirundine. vid. *Ouid.*

1028. *Praeterea.* — Prodeſt aqua in caluam mortui hominis excepta. *Pictor.* Ex praecepto *Artemonis*, quod allegat *Plinius* XXVIII, 1. *Artemon caluaria interfecti neque cremati propinauit aquam e fonte noctu comitialibus morbis.* v. *Fernel.* de abd. rer. cauſ. II, 16. *K.*

 1030. *Aut*

Aut lapis ex nido, vaga quem congeſſit hirundo,
Vellitur, et nexu fouet attollitque iacentem.
Pellitur, vt fama eſt, guſtu quoque languor anethi.

1030) et lapis. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet. Hummelb.* 1031) pellitur. *Cod. Vrat.* adnexu fouet. *Ranz.* 1032) lang. anheli. *Cod. Vrat.*

1030. *Aut lapis.* Dubium eſt, an *quem* ad *lapidem* aut ad *nidum* referendum ſit. *Congerere* vero propric de auibus nidum fabricantibus dicitur.

CAPVT

CAPVT LVIII.

Regio morbo pellendo.

Regius eſt vero ſignatus nomine morbus,
Molliter hic quoniam celſa curatur in aula.
Huic rubia ex mulſa fertur conducere lympha.
Allia vel trita dabis vino madefacta calenti.
Vellera cum viuo ſuffiri ſulphure prodeſt.

1033) Regius a v. *Cod. Vrat. Leid. ed. vet.* eſt vero regius. *Ald.* a vero. *Cod. Leid. ed. vet.* 1035) rubra. *Cod. Vrat.* rubea. *Ranz.* ex multa fertur. *Lipſ. Caeſar. Pictor.* 1037) vino ſuff. *ed. vet. Ven. Lipſ. Ald.*

1033. *Regius.* Regius hic morbus cur dicatur v. praeterea et *Celſus* III, 24. *Pictor.*

1034. *molliter — curatur.* vtendum enim ludis, laſcivia, per quae mens exhilaratur. Ob quae regius morbus dictus videtur, inquit *Celſus* III, 24. *Conſt.* Alii *celſa curandus in aula* legunt. — *K.*

1035. *rubia.* cf. *Dioſc.* III, 160. *ex aqua mulſa pota morbum regium ſanat.* — *K.*

CAPVT LIX.

Infantibus dentientibus vel ſtrige inquiètatis.

Nudum hominem primum mater natura profudit:
Inſuper excruciat, niueis quum dentibus armat.
Collo igitur molli dentes nectentur equini,
Qui primi fuerint pullo creſcente caduci,
Aut teneris cerebrum gingiuis illine porci:
Aut leporis niueum bibitur cum lacte caprino.
Praeterea ſi forte premit ſtrix atra puellos

Viroſa

Cap. LIX. Infantibus ſtridentibus vel ſtrige inquietantibus. *Cod. Vrat.* infantibus dentibus vel ſtrix inquietantibus. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* inf. ſtridentibus vel ſtrige inquietatis. *ed. Venet. Lipſ.* Dentibus vel ſtrigis inquietatis infantibus. *Ald.* inf. dentibus vel ſtrige curandis. *Pictor.* ad infantum morbos. *Ranz. Riu.* 1038) Implicat infantem vario natura dolori, Inſuper — *Ranz.* mater *in edit. Venet. deeſt penitus.* mundi natura. *Cod. Leid. Reg. Lipſ. Paderb. Vrat. ed. vet. Hummelb. Ald.* profundet. *Caeſar. Pictor.* 1039) dentibus ornat. *Cod. Keuch.* 1040) colligitur m. *Cod. Vrat.* morbi dentes. *Ranz.* 1043) niueo bibitur. *Cod. Vrat. Ald.* 1044) ſi dente. *Cod. Keuch. Ranz.* puellas. *Cod. Leid. Ranz.* puellis. *Cod. Reg.*

1038. *mater natura. mundi natura* legunt alii, pro rerum natura. Sed natura *parens, mater,* paſſim dicitur. *B.*

1043. *niueum.* Supple cerebrum potius, quam coagulum. *Conſt.* Egit operoſe *Morgagni* Epiſt. I. p. 306. de hoc loco, leporisque cerebrum dum intelligit, *niueo* lacte caprino legit. Duri certe aliquid ſubeſt, dum, porci cerebro nullo epitheto ornato, altero verſu *niueum* pro cerebro ſimpliciter ponitur. *A.*

1044. *ſtrix.* malefica mulier, quae noctu ſanguinem infantium ſugendo exhaurit. *Pictor.* Hoc fabuloſum de ſtrigibus *Plinius* arbitratur. XI, 39. *Conſt.* Striges venenata ſua vbera infantibus praebere veteres exiſtimabant, atque ita perimere ſpecie pietatis. *K.* Locus de ſtrigibus princeps eſt apud *Ouid.* Faſtor.

Viroſa immulgens exſertis vbera labris,
Allia praecepit Titini ſententia necti,
Qui veteri claras expreſſit more togatas.

1045) bromoſa i. ſallebribus v. l. *Cod. Keuch.* vbera mammis. *Ranz.* 1046) pr. rite ſ. n. *Ranz.* tundi ſ. Vecti. *Cod. Keuch. Gryph. Leid. ed. vet. Hummelb.* Titini ſententia Vecti. *Caeſar. Pictor.* 1047) expr. in vrbe. *Heinſ. coniect.* rogatas. *Ranz.*

ſtor. VI. quem et allegauit *Hummelb.* Verſ. 1045. ita conſtruendus: *viroſa immulgens vbera exſertis* (apertis, diductis) *labris* (puellorum) *A.*

1046. *Titini. Titini* cuiusdam mentio fit ſubinde in *Plinio* et *Lactantio*, eumque de claris foeminis Romanis ſcripſiſſe ex hoc loco apparet. — *Caeſar.* De *Titinio* conſule *Fabric.* Supplem. bibliothec. Latin. IV, 1. p. 265. Qui *Vecti* ſuppoſuere, forte *Vectium Valentem* medicum hic indicari crediderunt. *B.*

CAPVT LX.

Combuſturis igne vel frigore.

Sunt diuerſa quidem mala frigoris atque caloris:
Sed tamen amborum ſimili nocet vlcere virus.
Illa quoque vſta putes, quae ſunt niue laeſa rigente.
Conuerſa in cinerem platani pila curat vtrumque:
At vero ambuſtum flammis, qui candidus oui
Sucus ineſt, penna inductus, ſanare valebit.
Aut tu ſuccoſae cinerem perducito lanae,
Aut viuam ex oleo veteri componito calcem,
Ordea vel franges, atque oui candida iunges.
Adſit adeps porcae (mira eſt haec forma medelae)
Iunge chelidoniis, ac ſic line vulnera, ſucis.
Quodque recens vſſit glacies, axungia ſimplex
Mulcet, et ex facili grata eſt medicamine cura.

1048) diuiſa. *Conſtant. Keuch.* quaedam mala. *Cod. Reg.* 1049) amborum laedunt ſimul vlc. vires. *Ranz.* 1050) putas. *Cod. Reg. ed. Venet. Ald. Lipſ.* 1052) aut vero. *Lipſ.* ouo. *Cod. Lipſ. Ranz. Riu.* 1054) in ſuccoſa — lana. *Riu.* producito. *Ranz.* 1055) ex oleo vini. *Cod. Vrat. Reg. Paderb. ed. Ven. Ranz.* contundito. *Riu.* ex oleo lini. *Cod. Keuch.* ex oleo lini contundito. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* componite. *Cod. Reg.* 1056) aut ouis. *Ranz.* iunge. *Cod. Reg.* 1057) Arſit adeps. *Cod. Vrat.* eſt nam. *ed. Venet. Lipſ. Caeſar. Pictor.* forma ſalutis. *Ranz.* 1058) iungo. *Lipſ.* chelidonias. *Ranz. Riu. ed. Venet. Caeſar.*

1048. *diuerſa. Keuchenius*, *Conſtantinum* ſequutus, diuiſa poſuit, ſed male; *diuerſa* enim contraria notat, vt centies, et hoc ſequens *ſimili* exigit. *B.*

1051. *platani pila.* baccas intelligo, quas rubeas habet, aut ſubcitrinas. *Pictor.*

1054. *ſuccoſae lanae.* ſuccidae.

1055. *ex oleo calcem.* Dioſc. V, 133. *calx viua oleo mixta vim maturantem, emollientem — habet.*

CAPVT

CAPVT LXI.

Venenis prohibendis.

Vt tutus fias infeſtae fraude nouercae,
Vel quicunque tuo carpetur liuidus auctu,
Non exſpectatis eat obuia cura venenis.
Ante cibos igitur iuglandis foetus edatur,
Produnt electri variantia pocula virus.
Praeterea coctae querno cum cortice lymphae
Conueniunt potu, demerſaue ficus oliuo.
Saepe etiam raphanum praedixit numen edendum.
Antidotus vero multis Mithridatia fertur

Conſociata

Cap. LXI. Vt venenis occurras. *Ranz.* 1061) a fraude. *Conſtant. marg.* 1062) quaecumque. *Cod. Reg.* liuidus actu. *Cod. Reg. Lipſ. Ranz.* 1063) noſtra exſpectatis. *Heinſ. coniect.* 1065) proderunt. *Cod. Vrat.* proſunt. *Ald. Ranz.* proſunt electri manantia. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* rorantia. *Cod. Keuch. Caeſar.* prorantia. *Riu.* vires. *Cod. Vratisl. Paderb. ed. Ven. Lipſ. Ranz.* 1067) diuerſaue f. o. *Cod. Vratisl. Pith. Caeſar.* diuerſaque. *Cod. Lipſ. ed. Venet. Lipſ.* 1069) antidotis — prodeſt. *Ranz.*

1061. *vt tutus fias* — Neſcio, cur illud infeſtae quidam in iniuſtae mutauerint. Alio ſenſu iniuſta apud Virgilium, alio apud *Serenum* infeſta, hoc eſt crudelis et funeſta dicitur. *Tacit.* Annal. I. *Liuia nouercalibus odiis funeſta.* — *K.* Mollior eſſet verſus, ſi Serenus ſcripſiſſet: *tutus ab infeſtae fias vt fraude nouercae. B.*

1062. *quicunque.* Ellipſis eſt, vel a fraude eius, quicunque, etc.

1063. *Non exſpectatis.* venenis eo tempore datis, quo minime exſpectas. — *B.*

1064. *iuglandis foetus. Plin.* XXIII, 8. *iuglandes praeſumtae venena hebetant.*

1065. *Produnt* etc. i. e. pocula ex electro potus venenatos iis infuſos manifeſtant. v. *Dioſc.* I, 134. *Galen.* Simpl. VII, 21. Rationem modumque, quo hoc fit, *Plinius* de electro deſcripſit.

1069. *Antidotus.* Huius antidoti meminit *Plin.* XXII, 8. *In ſanctuariis Mithridatis Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem antidoti e duabus nucibus ſiccis, item ficis totidem et*

 rutae

Conſociata modis, ſed magnus ſcrinia regis
Quum raperet victor, vilem deprendit in illis
Syntheſin, et vulgata ſatis medicamina riſit.
Bis denum rutae folium, ſalis et breue granum,
Iuglandesque duas, totidem cum corpore ficus:
Haec oriente die parco conſperſa Lyaeo
Sumebat, metuens, dederat quae pocula mater.

1071) caperet. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb.* 1073) bis denas rutae frondes ſalis et tria grana. *Cod. Leid. ed. vet.* bis denas rutae frondes. *Hummelb.* 1074) terno cum c. *Cod. Leid. ed. vet. Ald. Riu. Pictor.* tundet cum c. *Ranz.* tereti cum. *Cod. Vrat. Lipſ. ed. Venet. Lipſ.* teret. *Cod. Reg.* teret binas cum c. *Cod. Paderb.* cum cortice. *Heinſ. coniect.* 1075) die pariter. *Cod. Paderb.* conſparſa. *Cod. Vratisl.* 1076) Sumens, haud metues. *Ranz.* matri. *Cod. Vratisl. Lipſ. Leid. ed. pr. Lipſ. Ald. Hummelb.* tutor. *Cod. Conſtant.*

rutae foliis viginti ſimul tritis, addito ſalis grano, et qui hoc ieiunus ſumat, nullum venenum nociturum illo die. Omnes prope medici diuerſam ſyntheſin huius antidoti tradiderunt, *Plinii* autem compoſitio ſimpliciſſima eſt, et illi, quam *Serenus* tradidit, proxime accedit. *K.*

1070. *Conſociata.* Verſus a 1070 vſque ad 1073. *Ranzouius* non habet, vt adeo apud eum legatur: *Mithridatia fertur. Bis denum.* — *A.*

1071. *magnus victor. Pompeius* cum Romanis.

1072. *medicamina riſit.* Riſit vilia medicamina, quibus ipſe rex a Romanis ad extrema redactus veneni ſumti vim ita infregerat, vt poſt id ſumtum indemnis conſeruaretur.

1074. *totidem.* Illuſtrauit hanc lectionem doctiſſime, vt ſolet, ex *Aemilio Macro, Plinio, Plinio Valeriano,* aliis *Morgagni* Ep. I. p. 250 — 259,

1076. *Sumebat.* Hunc verſum in cod. Lipſ. ſpurii ſequuntur, a 16. vsque ad 29. errore librarii manifeſto. *A.*

CAPVT

CAPVT LXII.

Venenis datis.

Si nequit infandum praeuertere cautio virus,
Proximus ille gradus data pocula pellere cura.
Lac aſinae placidaeque bouis prodeſſe loquuntur.
Betonicam ex paruo ſumunt plerique Lyaeo.
Quod ſi hederae ſucos, quae truncos implicat altos,
Inſtilles pateris, poterunt haud vlla nocere
Pocula, quae quisquam ſaeuis vitiauerit herbis.
Si quis hyoſcyamum guſtarit, lacte capellae
Exhauſto rabidos poterit mulcere furores.

1077) cautio virtus. *Pith.* 1079) Lacte. *Cod. Vrat. Leid. Reg. ed. vet.* 1080) vectonicam. *Cod. Leid. ed. vet.* ex parco. *Heinſ. coniect.* 1081) quod ſi heperae ſucum et qui tr. molliat. *Ranz.* quod ſi vis hederae, quae truncos mollicat altos. *Cod. Paderb.* ſuccum truncos mollicat altos. *Cod. Reg.* ſuccos quae truncas mollicat altos. *Venet. Lipſ.* truncos molliat altos. *Cod. Vrat.* truncis haereat altis. *Riu.* 1082) inſtilles pani. *Ranz.* inſtilla. *Riu.* inſtilles paruis. *Cod. Vrat. Lipſ. Leid. Reg. Paderb. ed. vet. Hummelb. Venet. Ald. Lipſ.* 1083) quae quicquid. *Cod. Vrat.* vittauerit. *Tornaeſ.* 1084) ſi quoque hyoſc. *Ranz.* vitiauerit l. c. *Lipſ.* 1085) hoc hauſtu. *Ranz.* rapidos. *Cod. Vrat.* poterunt. *ed. Lipſ.*

1077. *Si nequit.* Hic non erat nouum caput in *cod. Leid. edit. vet. et Hummelb.*

1079. *lac. lacte* alii habent, vt ſit antiquo modo dictum pro lac. v. *Rhod.* ad Scribon. XXII. p. 61. et Petron. c. 38. et 71. *B.*

1080. *paruo.* parco volebat Heinſius.

1081. *truncos implicat.* hederam arboream intelligit.

CAPVT LXIII.

Vulneribus ex re dubia curandis.

Vulnera tabeſcunt ſpatio vitiata dierum,
Curaque nil prodeſt, nec ducitur vlla cicatrix.
Sed tamen herbarum tam mira potentia pollet,
Vlceris annoſi ſinus vt coaleſcere poſſit,
Marrubium ſi tu recoquas, illoque liquore
Vulnus atrox foueas, cineres vel hirundinis altae
Inducas, leporiſue adſperſa coagula vino:
Aut hederam Baccho decoctam, et ſemen anethi,
Aut cineres alni tardo cum melle ligentur.
Lumbrici terrae poterunt conducere vulnus,
Aut facilis lapathi coma latior vlcera purgat,

Et

Cap. LXIII. vulneribus et redubiae curandis. *Pith.* v. vel vlceribus inueteratis curandis. *Wolf.* vlceribus et reduuiae c. *Cod. Conſtant.* vlceribus et rediuiuis c. *Cod. Keuch.* v. et crudubiae curandis. *ed. Venet.* v. etiam dubie curandis. *Caeſar.* 1088) Sed non. *Ranz.* pellet. *Cod. Reg. ed. Lipſ.* 1089) ſpes vt. *Ranz.* et c. poſcit. *edit. Venet. Lipſ.* 1090) m. ſi melle coquas. *Conſtant. marg.* ſi thure coquas. *Cod. Paderb. Leid. ed. vet. Hummelb.* m. tunſum recoq. *Cod. Lipſ.* m. ſi tute coquas. *Ranz.* coquas. *Cod. Vrat.* 1091) alte. *Cod. Vratiſl. Ald.* atrae. *Leid. Cod. ed. vet. Hummelb.* 1092) leporis aut. *Ranz.* aſpera. *Cod. Vrat.* leporis vel ſi a. c. v. *ed. Venet. Lipſ.* leporiſque coagula et aſpera vina. *Cod. Paderb.* 1093) aut ſemen. *Cod. Leid.* 1095) obducere. *Ranz. Conſt. marg.* 1096) cumulatio vulnera p. *Cod. Keuch. Gryph. ed. Venet. Lipſ. Hummelb.* cumulatior vlcera. *Cod. Vratiſl. Paderb. Leid. Reg. ed. vet.*

1090. *Marrubium.* Lectionem *ſi melle coquas* confirmat *Dioſc.* III, 119. et *Plin.* XX, 22.

1096. *Aut facilis* caet. Variae lectiones a librariorum erroribus profectae videntur. Folia lapathi recentia intelligit. *A.*

Et commixtus adeps, ſed non nullo ſale tactus.
Pinea praeterea viuo cum ſulphure cortex
Et pice cum ſpiſſa iam perdita membra reponit.

1097) commiſcetur adeps. *Cod. Lipſ.* aut cum adeps vllo ſed non ſale. *Cod. Leid. ed. vet.* et deeſt *Cod. Vrat. Reg.* ſed non vllo. *Conſl. marg.* ſale tritus. *Ranz.* 1098) pini p. cum vino et. *Ranz.*
1099) conſpiſſa. *Cod. Reg.* commixtus. *Ranz.* non ſpiſſa. *Cod. Lipſ.*

CAPVT

CAPVT LXIV.

Verrucis tollendis.

Interdum exiſtit turpi verruca papilla.
Hinc quondam Fabio verum cognomen adhaeſit,
Qui ſolus patriae cunctando reſtituit rem.
Id poterit vitium ſanguis curare lacertae,
Aut vrina canis cum terra inducta madenti.
Aut herbae ſucus, quae fertur nomine lathyr,
Et tithymallus item tali ſatis apta medelae.
Si rupta immenſos fundit verruca cruores,
Purpureo triti cineres de vellere proſunt,
Quod fuerit vero conchyli ſanguine tinctum.

1101) hic. *Cod. Reg.* huic. *ed. Venet.* 1105) lathris. *Pictor.* lecther. *ed. Ven. Lipſ.* lether. *Cod. Paderb. Leid. Reg. ed. vet.* lichen. *Cod. Vrat. Ald.* 1106) eſt tithym. *Cod. Keuch. Ranz. Riu.* 1107) inverſos fundit. *Cod. Leid. ed. vet.* 1108) cinere. *Ald.* 1109) fuerit concili. *Cod. Reg.* conchylis ſang. *Cod. Keuch.*

1100. *Interdum.* Ranzovius 1103 verſu: *id poterit vitium* caput incipit, tribus praecedentibus verſibus omiſſis. *A.*

1101. *Hinc quondam Fabio. Fabium* cunctatorem intelligit. *Pictor.* Fabii verrucoſi meminit *Plin.* XXXIV, 7. et Cicero de claris oratoribus Q. Maximi Verrucoſi. *Conſtant.* Hic verſus praeponitur praecedenti in Cod. Leidenſi. *B.*

1102. *Qui ſolus.* Ennii verſus eſt, quem *Cicero* in Catone maiore citat.

1105. *lathyr.* Alii τιθυμαλλον appellant. v. *Dioſcorid.* IV, 165.

1107. *Si rupta.* — Deeſt hic verſus Cod. Vratislau. *A.*

CAPVT

CAPVT LXV.

Haemorrhoidibus medendis.

Excruciant turpes anum ſi forte papillae,
Agreſtis prodeſt radix ſuperaddita porri,
Ne violet ſanum, iuglandis fragmine clauſa.
Sal niueum ſumes, Beticum quod nomine dicunt,
Dulcia cumque nigra iunges fuligine mella,
Adponesque ſuper: pellit medicina dolorem.

1110) excruciat, *Cod. Vratisl.* pupillae. *Cod. Reg.* 1111) agreſtis radix prodeſt. *Riu. Caeſar. Pictor. Lipſ.* radix *deeſt edit. Venet.* 1112) ni violent, ſanant i. f. clauſas. *Conſtant. marg.* ne violet ſanum i. f. clauſa. *Cod. Leid. ed. vet. Hummelb. et Cod. Reg. qui* ſana *habet.* ne violet, ſana, i. f. clauſum. *Ald.* ne violet ſana in i. f. clauſa. *Morgagn. coniect.* ne v. ſana i. f. c. *Cod. Vratisl.* ni phiola ſano. *Ranz.* ne violet ſanum. *Riu.* 1113) bethicum quem. *Cod. Vratisl.* quem. *Cod. Leid. Reg. ed. vet. Hummelb. Ald.* 1115) apponisque. *Lipſ.*

1110. *Excruciant.* Hunc verſum in cod. Lipſ. ſequentes excipiunt ſpurii manifeſte:

Eſt geſtis dura quae percutit inferiora .
Vulneris in morem iactans perſaepe cruorem;
Rumpit namque cutem, ſed tu celer adde ſalutem.
Agreſtis —

1111. *Agreſtis* — ἀμπελόπρασον. de quo *Plin.*

1112. *Ne violet.* Hanc lectionem maxime veram puto. Clauduntur glandium calice vel alia capſula medicamina acria tenero et valde irritabili loco applicanda. vid. de hoc loco *Morgagn.* Epiſt. I. pag. 304. *A.*

1113. *Sal beticum.* Ex Hiſpaniae prouincia. Huic ſali palma a plerisque medicis, inter omnia ſalis genera perhibetur, vt L. XXXI, 7. inquit *Plinius. Hummelberg.*

Quae

Quae ſequuntur, ex Aldino codice ſumta, indigna ſunt Sereno et pro ſpuriis habenda.

PARALYSI DEPELLENDAE.

Prima die ita agendum.

Hunc quicunque cupis citius depellere morbum,
Protinus antidotum ſtudio tu perfice mirum:
Scilicet vt valeas languenti ferre medelam,
Caſtoreas ſiliquas bis ſex perquirere cura,
Triſtis item digitis lympham metire duobus:
Denique tunc capies phialam, quae iuſtior exſtat,
Aut equidem flammas: ſed prunas ſubiice ſolers:
Proderit interea tepidum petentibus illud:
Ieiunis ſed enim potius praebere memento.

Secunda die ita medendum eſt.

Quicunque ſecunda dies orbi peruenerit omni,
Haud aliis rebus prudens adiungere cures.
Caſtoris atque nomen ſiliquas adpendito ſtatim,
Atque duos ſemis digitos metire memento

1. *Hunc.* Addiderunt Gryphius, Conſtantinus et deinde alii ſuis editionibus, ſed alius auctoris eſſe ſatis diuerſitas ſtyli prodit et ſcabritudo. *B.*

6. *iuſtior.* menſurae legitimae. vid. *Seren.* cap. 19. et 39. *B.*

7. *Aut.* forte *haud. B.*

8. *petentibus.* lege potantibus. *B.*

11. *haud.* forte *hoc*, vt tepidum illud modo dixerat. *B.*

12. *nomen.* puto *nouem.* vt v. 18. et in *ſtatim* lex pedia temeratur. *B.*

In calice atque probo lympham miſcere duobus,
Qui patitur, tepidum languens hic ſorbeat ipſe.

Tertia die ita curandum eſt.

Gratior atque dies ternus quum venerit imo,
Rurſus in aegroto conſtanter fer medicamen,
Caſtoreas ſiliquas iterum quae pondere ſint ſex:
Hinc etenim binos digitos metire memento —
De lympha liquida: ſed enim ſubiungere cura
Et ſimili debes tepidum praebere modo tunc.

Ita peragendum eſt a quarta die vsque ad ſextam et a ſeptima vsque ad nonam, a decima vsque ad duodecimam, et mirifice prodeſt.

Quid quarta die et reliquis peragendum ſit.

Quartus et ille dies conſentit: nec ne priori
Quintus, et eſt ſimili percellens namque ſecundo,
Sextus: itemque ſimul concordat denique terno:
Septimus vsque nonum percurritur ordine primo:
Sic decimas currens conſcenditur ad duodenum.

LIPSIAE,
EX OFFICINA BREITKOPFIA.
MDCCLXXXVI.